Quaestiones Hephaestioneae,

Adiecit codicis Darmstadiensis n. 2773 collationem cum scholiis praestantioris classis (A) ineditis

Carolus Denig.

Longo temporis spatio inde a prioribus „Enchiridii Hephaestionei" editionibus [1]) intermisso *Thomas Gaisfordius* novam Hephaestionis editionem, adhibitis novis librorum manuscriptorum ex bibliothecis Anglicanis subsidiis, *Londini 1810* comparavit. Hanc priorem Gaisfordii editionem Londinensem (Lipsiae 1832 typis repetitam) ejusdem editoris altera, priore longe auctior, trium insuper librorum mss., Parisini (P), Meermanniani (M), Saibantiani (S), lectionibus scholiisque locupletata, Oxonii 1855 secuta est.

Vix commemorari debet hoc loco editio ad fidem recensionis Gaisfordianae (edit. Lond. 1810) in usum scholarum facta „*The enkheiridion of Hehfaistiown concerning metres and poems. Translated into English, and illustrated by notes and a rythmical notation, with prologomena on rythm and accent, by Thomas Foster Barham Cambridge 1843.*"

[1]) Editio princeps *Florentiae anno 1526* ex codice, ut videtur, Florentino, inferioris classis, cum scholiorum collectione, quam ab altera auctore Westphalio littera B distinguere liceat, expressa est. Deinde *Hadrianus Turnebus Parisiis* anno 1553 ad fidem fortasse libri cujusdam Parisini, nunc, ut videtur, deperditi, enchiridium edidit, quae editio praeter scholia recentiora B etiam vetera A, tum primum edita, continet.

Quam editionem secutus *Joannes Cornelius de Pauw „cum hoc enchiridium factum esset perrarum, et quidam jam manu sua describerent, quia typis excussum haberi non poterat,"* novis librorum manuscriptorum subsidiis non adhibitis, denuo *„Hephaestionis enchiridium cum animadversionibus Trajecti ad Rhenum a. 1726"* edidit. In hanc Pauwii editionem undecim annis post *D'Orvillius in „Critica Vanno in inanes J. C. „Pavonis" paleas Amstel. 1737"* summa qua fieri potuit acerbitate invectus haec dicit p. 408: *„Quem grammaticum (Heph.) post centum septuaginta tres ab ultima editione annos iterum in lucem emissurus (Pauw), quia ejus exemplaria ita rara erant facta, uti ait, ut quidam manu ea describerent, nihil contulit ad novam ἔκδοσιν commendandam praeter horridam criticarum notularum suarum sterilitatem, et in ceteris omnibus κατὰ πόδα illam Turnebianam expressit, quasi nec a manuscriptis nec aliunde aliquid huic libello accedere post tantum temporis intervallum potuisset."*

Et re vera mirandum est, quod editor eorum codicum, quorum etiam D'Orvillius (p. 409) notitiam habuit, nullum inspexit, ne principis quidem editionis Florentinae lectionum rationem habuit, immo ne novit quidem. Nam ipse in prolegomenis editionis suae profitetur duorum librorum *„ab Aldo"* et Turnebo editorum priorem videre sibi non licuisse. Editionem autem *Aldinam* Hephaestionis, quam procul dubio cum *Florentina* confudit, non exstare certum est. Huius igitur Florentinae editionis praecipuam discrepantiom simulque lectiones a viro quodam docto ex codice, quem nescimus, petitas et ad marginem exemplaris sui Turnebiani adscriptas D'Orvillius in vanno critica exhibuit. (Has lectiones Gaisfordius littera D signavit).

Duobus jam annis post Pauvii ench. Heph. editum *Georgius D'Arnaud* in *„Specimine animadversionum criticarum Harlingae 1728"* p. 95—158 de multis Hephaestionis locis, inprimis de poetarum fragmentis disputavit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Eorum autem codicum, quibus Gaisfordius usus est, accuratiorem notitiam nobis suppeditavit *Guilelmus Hoerschelmann* Musei Rhenani vol. 36 (1881) p. 260 seq. Qui vir doctus, omnibus libris manuscriptis Galliae et Britanniae, qui ad veteres metricos pertinent, accurate investigatis, cum socio *Guilelmo Studemund,* de cujus larga librorum mss. in Italia messe facta dudum [1]) comperimus, corpus metricorum Graecorum brevi se editurum esse promisit, quale opus *Rudolphus Westphal* paraturus primo [2]) volumine ad fidem fere recensionis Gaisfordianae a. 1866 edito supersedit.

Jam de librorum condicione, qualem nunc ex Hoerschelmanni quaestione cognoscimus pauca afferre liceat. Optimae auctoritatis haec quinque sunt exempla:

I. *Cantabrigiensis* univ. Dd. XI, 70 publicae bibliothecae Cantabr., olim J. Mori, a Gaisfordio littera *M*, a Westphalio littera *c* signatus. Hunc librum, qui utramque scholiorum collectionem continet, Gaisfordius ipse non inspexit, sed lectiones ejus ad fidem collationis Bentleianae, quae solum enchiridium respiciebat, laudavit. Cujus codicis recens et inutile apographum, Cantabrigiensem alterum (C) Nr. 596, qui solum Hephaestionem continet, Gaisfordius adhibuit.

II. *Codex Parisinus,* quem Gaisfordius non accuratius definit, ab Hoerschelmanno Parisinus 2881 recognitus; is quoque scholia A et B continet, quorum tamen apud Gaisf. nulla mentio fit.

III. *Codex Saibantianus,* olim Veronae, inde ab a. 1820 Oxoniae, in bibliotheca Bodleiana. Hoc libro praeter scholia A et partem scholiorum B fol. 33r.—52v. peculiaris commentarius in Heph. enchiridium „*ἐξήγησις εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον*“ continetur, unde Gaisfordius ad libidinem hinc illinc partem delibavit variisque editionis suae locis collocavit. Quapropter *Hoerschelmann* nuper in *progr. univ. Dorpat. 1882 scholia Hephaestionis altera* (B), quae apud editores valde depravata et confusa exhibentur, ex novis libris mss. recto ordine disposita atque integra edidit.

Accedunt ex iis, quos in Italia repperit *Guil. Studemund,* duo codices. [3])

IV. *Cod. Ambrosianus* I 8 ord. sup. membr. saec. XIV, 4° min., quo Bergkius ad emendanda exempla lyrica in poetarum lyricorum editione tertia usus est.

Continet fol. 1—75 Nicomachi Arithmetica cum scholiis; fol. 76—91 *Λογγίνου τοῦ φιλοσόφου τὰ προλεγόμενα εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον;* fol. 92—151 *Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον περὶ μέτρων* cum scholiis marginalibus sed partim propemodum evanidis (cf. Bergk. poet. lyr. I p. XI).

V. *Cod. Marcianus* 483, bombycinus, cum Ambrosiano ex eodem exemplo a diversis manibus saec. XIV descriptus. Continet Hephaestionis enchiridium cum scholiis A et Longini prolegomenis, praeterea eundem commentarium, quem in codice Saibantiano inesse diximus; [ex hoc libro Studemund Annal. Lips. vol. 95. p. 618. seq. Herodiani, qui falso dicitur, tractatum *περὶ στίχων τῆς λέξεως* evulgavit, qui in eodem Saib. invenitur fol. 149].

Subsequitur altera classis eorum librorum, ex quibus scholia A, qualia in editionibus nostris inveniuntur, prodierunt. Cujus classis quasi dux commemorandus est codex *Meermannianus,* Oxonii in bibl. Bodleiana, a Gaisf. littera E, a Westph. M signatus. Quo in libro cum duae manus distinguantur, ea quae ab altera, fortasse a priore non diversa, manu scripta leguntur, ex deterioris classis libro desumpta sunt.

Ex ejusdem classis exemplo editio Turnebiana (Tu) expressa est, quam cum priore manu codicis M fere consentire Hoerschelmann vidit. Hac igitur editione schol. A primum provulgata a Turnebo, deinde a Gaisfordio (in edit. Oxon. 1855) ex codice Saibantiano et Meermanniano paullo

[1]) Annal. phil. et. paed. vol. 95 (1867) p. 609 seq.

[2]) vol. I. Hephaestionis de metris enchiridion et de poemate libellus cum scholiis et Trichae epitomis, adjecta Procli chrestomathia grammatica.

[3]) De quibus loquitur in libro qui inscribitur „Festgruss der philol. Gesellschaft zu Würzburg an die XXVI. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner. Würzburg 1868.“ p. 58 not. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aucta sunt. Nam plurima, quae ex cod. Saib. decerpsit Gaisfordius, ad scholia non pertinere demonstravit Hoerschelmann. Congruit fere cum M *cod. Parisinus 2676*, nondum adhibitus, quorum tamen alter ex altero non manasse putandus est.

In eandem classem referendus est *codex Darmstadiensis*, cujus inspiciendi potestatem mihi benignissime factam esse a M. D. bibliotheca grato animo pronuntio. De hoc libro paullo inferius dicam. Subsequuntur denique *libri inferioris classis*, deducti ex uno exemplo satis neglegenter scripto, cujus exempla multa propagata sunt; tota autem classis scholiis A caret: *N Norfolciensis*, bibl. reg. soc. Londin; *H Harleianus* 5618, musei Britannici; *B 72, B 115, B 165, tres Barocciani* bibl. Bodleianae; *m Monacensis* [1]) 175, bibl. elect. Bavar; *v Vratislaviensis,* [2]) bibl. Rhediger; *Fl.*, liber ad quem editio princeps Florentina a. 1526 expressa est. Praeter [3]) eos, quos nominavi, libros permulta et Hephaestionis ipsius et aliorum metricorum exempla in bibliothecis Italiae, [4]) Galliae, Germaniae, Bataviae, Hispaniae in usum nondum vocata exstare ex Gaisfordii praefatione videmus, de quorum majore parte, ubi corpus metricorum graccorum propositum erit, luculentiora nos comperturos esse speramus.

Codicis *Darmstadiensis* Gaisfordius jam notitiam habuit. Dicit enim in editione Lips. a. 1832 p. XII d: „*ut ex notitia in Catalogue des Manuscrits laissés par feu M. F. J. Bast. Paris 1812, 8 p. 10 no. XXIII apparet, in bibliotheca Magni Ducis Hassiae codex manuscriptus Hephaestionis cum scholiis adhuc ineditis asservatur, quemque codicem Bastius ipse contulit. Collatio autem postea in Angliam, in bibliothecam Oxoniensem, cum aliis Bastii relictis schedis venit.*"

Quibus schedis postea Gaisfordius inspectis (cf. edit. II Oxon. 1855 p. 13.) paucas lectiones ex libro Darmst. Bastium enotasse invenit, e quibus has tantum affert p. 13, 6 (Westph. 8, 6) *φιλόχορος*; et schol. (W.) p. 125, 22—27; 126, 12—17; 147, 22—148, 9.

Codex igitur Darmstadiensis [5]) n. 2773 miscell. Graec. chart. 4° continet fol. 208^{r}—215^{v} Hephaestionis enchiridii priorem tantum partem usque ad cap. X *Ἄργος ἐμβατεύων* (W. 33, 21) cum

[1]) de quo vid. Joh. Christ de Aretin: „Beiträge zur Geschichte u. Litteratur, vorzüglich aus den Schätzen der Münchener National- u. Hofbibliothek, München 1804" vol. III p. 7. sq. (cf. Gaisf. edit. Lips. p. XI).

[2]) de quo cf. Kranzius, Memorabilia bibliothecae publicae Elizabetanae, Vratisl. p. 88.

[3]) Exstat, sicuti ex scholiorum Sophocleorum editione Dindorfii vol. II p. 404 sq. comperi, in bibliotheca regia Dresdensi plut. D 21 codex Sophocleus bombyc. saec. XIV 4° fol. 192, qui continet fol. 1. et 2. *ἐπιτομὴ τῶν ἐννέα μέτρων ἐκ τοῦ ἐγχειριδίου Ἡφαιστίωνος* et *Δημητρίου Τρικλινίου* excerptum de metris secundum dipodias metiendis; fol. 2^{r} imo usque ad fol. 3^{r} l. 9 sequitur *τοῦ αὐτοῦ περὶ σημείων τῆς κοινῆς συλλαβῆς τῶν ἐντὸς κειμένων τῆς βίβλου.*

[4]) Inter libros manuscriptos in Italia repertos, qui nomen prae se ferunt Hephaestionis, *Studemund* Annal. Lips. vol. 95 p. 609 sq., praeter eos, quos supra commemoravi, optimae notae libros Ambrosianum et Marcianum, hos affert *enchiridium* continentes, nullius pretii omnes p. 611: „Cod. *Neapolitanus* II D 2 chart. 8° saec. XV ex. dieser enthält zuerst das Heph. ench. (inc. *βραχεῖά ἐστι συλλαβή*) ohne Scholien, unvollendet bis zu den Worten *ἰαμβικὴ ταντοποδία* in cap. 3. (Westph. p. 13, 29); für den Text des Hephaestion ist dies Fragment ohne jeden Werth." p. 615 „cod. *Mutinensis* III C 2 chart. 8° saec. XVI, umfasst zunächst *ἐγχειρίδιον Ἡφαιστίωνος* . . . . . ohne Scholien u. proleg. (inc. *βραχεῖά ἐστι συλ.*), für Heph. ist die Handschrift durchaus werthlos . . . . . mit diesem cod. scheint nahe verwandt der für Heph. ebenso unbrauchbare cod. *Neapolitanus II* D 1 chart. 4° min. saec. XVI . . . . . er stimmt nach flüchtiger Einsicht im ganzen mit der edit. princeps." p. 617: „ cod. *Barberinas* in Rom, er ist jetzt mit I, 19, (früher nr. 298) bezeichnet, ein Papiercodex in sedezformat aus dem 15. Jahrh. und enthält Heph. ench. ohne Randscholien aber mit den Proleg. des Longin, gefolgt von wenigen Scholien der späteren Klasse . . . . . allein schon eine flüchtige Einsicht genügte, um die Ueberzeugung von seiner Unbrauchbarkeit für den Text des Heph. ench. zu gewinnen." Videmus igitur ex libris Italicis, praeter Ambros et. Marc., ad enchiridium ipsum nihil fere lucri hauriri posse.

[5]) Hic liber anno 1810 per legat. consil. M. D. Hassiae F. Bastium pretio trecentarum librarum Parisiis emptus in bibliothecam Darmst. translatus est. Quid hoc libro copiosissimo contineatur, cum non omnes ejus partes agnosci potuerint, referre supersedeo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

scholiis A, quae margini partim adscripta, partim lineis suprascripta sunt; scholiorum tamen multo minorem numerum, quam in ceteris ejusdem classis exemplis inesse repperi, inter ea autem haud pauca esse, quae ceteris libris mss. desunt. (Deinde repetita exstant sine scholiis fol. 185^{r}—186^{r} enchiridii cap. IV — (W) p. 17, 7 *ἀρτίους* et cap. VI — (W) p. 25, 14 *συζυγίαν*. Haec fragmenta cum iis, quae in fol. 208^{r} seq. exhibentur, fere concinnere vidi.)

In discrepantiis describendis ita versatus sum, ut leviora vitia, quae librarii lapsui tribui possunt, omiserim. — Numeri ad paginas versusque editionis Westph. spectant.

(Jota subscripta desunt in codice.)

pag. 3 Incipit *Βραχεῖά ἐστι συλλ.* 6 *τέλει* 14 *Θής, Θώς, καὶ ναῦς* 18 *αὐτοῦ καὶ τοῦ ἐντῇ ἑξῆς σ.*

4 1 *ἢ ἓν διπλοῦν* om. 2 *καὶ ἀεὶ ῥαδίως* om. 2 *λήξει* 4 *T. οὐδέ τι τεῖχος ἐπήρκεσεν* 5 *καὶ ᾽κεῖνος ἐν σάλεσσι* (conjecit Pauwius) 5 *ἥμενος μακαρ̂ ἀνήρ* 7 *χέρσ᾽ ἄπο* 9 *ἐπάγει . . . . ἐωσμένος* 10 *ἑξῆς ὥσι* (cum M)

5 1 Titulus *περὶ κοινῆς σύλλαβῆς* 2 *ἢ διχρόνῳ μηκυνομένῳ* 4 *πολύτρ — πολλὰ* om. 5 totum habet 6 *καὶ* om. 9 *λόγου ἦ* 14 *ἴστρος* 15—18 om. 19 *τῷ* om. 21 *ἐπακοῦσαι* 23 *ἵκου*

6 1 *οὕτως ὥς τε ἐπὶ τοῦ* 3 *φησὶ γοῦν ὁ Σοφοκλῆς* 9 *ἔρχετ᾽ Ἀρχελαίδος* 11 *Πηνελοποιο* 12 *ἐπισημ. ἠξ.* (suprascriptum *ἐπισημειώσας*) 14 *ὁ Διόνυσος . . . . . Θείη* 15 *εἴθ᾽ Ἵππ. τ. μ. οὐδέν μοι μέλει* 16—17 om.

7 3 *πρόθυμον* 6—7 tantum habet *αἰὲν ἔδουσιν* 13 *δὲ* om. 13 *βραχ.* suprascr. *διχρόνῳ* 14 *ἐν τῇ ἐφεξῆς* 17 *τὸ Πάτροκλε* 19 *κοινὴ* om. 21 *ὡς ἐν τῷ ἑσμός* 21—23 sicuti apud Westph.

8 2 *τοῦ νμ* 6 *ἔχοισα . . . . φιλόχορος ἦχη* 8 *καὶ περὶ* (?) 14 *ἔκ μ᾽ ἔλασας* 22 post *ἐλημ.* punctum est.

9 3 *σφύρα* 9 *Ἀχαιῷ* 15 *τῆς μακρᾶς* 17 *μηδὲ ἑνὸς* 20 *Θρόος τε* om. 21 *καὶ* om.

10 3 *εἰς τὴν* om. 4 *τελευταία ἔληξεν* (cum PS) 5 *ποδὸς* 6 *καὶ τῆς λέξεως* om. 6 *δὲ καὶ μὲν* 14—21 *οἷον· ἢ οὐχ ἅλις . . . . . ἠπεροπεύεις καὶ βουκόλ᾽ ἐπεὶ οὔτε κακῷ· ἢ βραχεῖα καὶ μακρὰ εἰς μίαν μακράν· πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον.*

11 1 *μέντοι* 11 *ἐλεγείῳ τούνομα ἐφ.* 15 *ἦσθα Κόρινν*α om. 20 *καλέσασ᾽ ἐς μακρόν* 25 *παραλαμβάνεται.*

12 10 *ἐκ μὲν μακρᾶς* 12 *ἐκ δὲ βραχείας* 16 *εἷς* om. 17 *εἷς ὁ καὶ χορεῖος.*

13 2 *παλιμβάκχειος* (recte) 23 et 24 post v. 20 leguntur.

14 6 *ἐπτάσημ·* (suprascr. *ἐπιάχρονος*) 16 *περὶ ἀπ. μ.* (supr. *ἤτοι κατάληξις*) 21 *μὲν* om. 22 *χαίροισ ἀ.*

15 2 *κατάληκτον* (sic) 3 *δακτυλοῦ* 4 *Βατουτιάδης* 8 *καλεῖται καταλ.* 11 *Καλεησίππω* 16 *εἶμ᾽ ὥς τ᾽ ἀπισσάλω λυεῖσα* 17 *συλλ. πλείονι* 18 *καὶ* om. 21 *ἅδε . . . . . κόρα.*

16 1 suprascr. *ἄλλο κεφάλαιον* 2 *τὴν αὐτὴν* 9 *ἐπιλ. εἰσι* 13 *περὶ τῶν ζ.*

17 1—2 om. 3 *περὶ ἰαμβικῶν* 5 *καὶ πέμπτην* 6 *καὶ ἀνάπαιστον* 9 *π. μὲν τοῖς κ. συνεχῶς* 11 *ἀκαταλ.* (suprascr. *ὁλόκληρον*) 11 *τῆς* om. 12 *τὸν* om. 13 *ἀδιάφορον* (suprascr. *λῆξιν*) 13 *καταλ.* (supr. *ἀτελές*) 14 *παραλήγ·* (supr. *δέχεται*) 14 *γινώσκεσθαι* 16 *ἐν ἑαυτῷ* 19 *δ᾽ ηὗτε* 21 *ὡς τὸ* om. 22 *ἔσται*

18 1 *τὸ τοῦ Ἀλκ.* 3 *καταληκτικὸν δὲ δίμετρον τὸ κ.* 4 *οἷον* 7 *τὸ τοῦ Ἀρχ.* 11 *ἐπίσημον* (supr. *σεσημειωμένον*) 15 *ἀδιάφορον* (supr. *λῆξιν*) 16 *καὶ ὅτι* — 19 *ἀνάπαιστον* om. 23 *ὡς τὸ* om.

19 2 *ὅτε δὲ καὶ* 3 *ὡς τὸ* om. 4 *α λαντα* 5—22 non in textu, sed in margine minoribus litteris exarata exstant; pro his leguntur in textu, quae ne ipsa quidem Hephaestionem sed interpretem sapiunt: (vid. p. 29). 5 *ἰαμβικὸν δίμετρον ἀκατάληκτον ποδῶν ἁπλῶν δ′, ἰαμβικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον ποδῶν ἁπλῶν ς′, ἰαμβικὸν τετράμετρον ἀκατάληκτον ποδῶν ἁπλῶν η′, ἰαμβικὸν δίμετρον καταληκτικὸν ποδῶν ἁπλῶν γ′ καὶ συλλαβῆς· ἰαμβικὸν*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τρίμετρον καταληκτὸν (sic) ἁπλῶν ποδῶν ε' καὶ συλλαβῆς μιᾶς. ἰαμβικὸν τρίμετρον χωλόν, οὗ ἡ τελευταία ἢ τροχαῖος ἢ σπονδεῖος, ὁ δὲ παραλήγων οὐδέποτε τρισύλλαβος, ἀλλ' ἢ ἴαμβος ἢ σπανίως σπονδεῖος· ὁμοίως δὲ κατὰ διποδίαν μετρεῖται, ποδῶν ἁπλῶν ἓξ. Conferatur scholium Saibantianum p. 146, 26, quod ex parte tantum Gaisfordius exscripsit.

20 4 τὸν παραλ· μάλιστα μὲν 5 δὲ om. 7 τὰ om. 12 τοῦ om. 14 ἐδαισάμην 16 δηῦτ' 17 τὸ μέτρον 18 παρατελευταίου 19 τὸ om. 20 — p. 21, 2 om.

21 3 διανήξας (cf. Gaisf. p. 38) 6 μὲν om. 6 αὐτὸ̃ δακτυλὸν (sic) τετράμετρον 7 οὗτος 8 γὰρ ὅδε 9 καὶ om. αὐτῷ ἰαμβεῖον 11 αἰνιῶν 12 ἔμμε 15 Ἀμψίαν — ἡμῖν 18 χρυσίπεπλε 20 δακτυλικῷ 23 ἐν om.

22 2 ἐπ' ἀρτίου 7 τοῖς om. 12 εἰ πούς ἐστιν ἀποφα.

23 5 ἑτά· ρε 6 τὸ om. 13 φαλακρὶς 17 οἷον om. 19 ἑφθημερεῖ.

24 1 θάλεις 4 Μῶσά γε 5 ἄρχ' ἐρα· τ' ἐπε· ων 6 ὕμνῳ 14 ἐπὶ τούτου 20 τίω — γε ἱλάσδω (sic) 23 ἑπταθόργυιοι.

25 1 σάμβαλα πενταβόεια 2 ὀπίσυγγοι (supr. σκυτῆς) ἐξεπόνησαν 6 ἠράμην — σέθεν ἅτε 8 ἔρως αὖτέ μ' ὀλυσιμελὴς δονεῖ 9 γλυκὺ πικρὸν 10 Ἀτθίς 11 φροντίς δ' ἦν . . . . . πότε 15 δακτύλους 18 οἴκοις.

26 17 δύο om. 21 Λογγίνῳ 22 καὶ τὸν ἄριστον 23 πρῶτος εἰσηγήσαθ'.

27 3 ἀλαζονίαν (quod conjecit Hermannus) πλείσταν om. 7 Ἄρεος 12 τίνες οὖν 13 ὁρῶμεν 17 τῷ δὲ τριμέτρῳ (suprascr. καταληκτικῷ δῆλον) 19 ὡς τὸ om. 20 μέτα (in corr.)

28 1 ἐπὶ καὶ 5 σιγᾶν νυν 6 πεύσῃ 10 τοῖς μέτροις 12 Περίλαε 13 verba ἑφθημιμερές ἐστιν ἀναπαιστικόν scholii instar minoribus litteris exarata in margine exstant 14 ὡς ἐκτ. π. 17 πρώτῳ (supra ποδὶ) μόνων 20 πάλιν om.

29 3 ἐπέσσυτο 5 λελυμένων 13 οὕτω καὶ 17 οὖν om. Ἀρχεβόλου Βηβαίου 20 ἐγὼ δίχα τῶν 22 ὑφ' 24 οἱ Σ.

30 1 δὲ 5 χοριάμβου 6 καὶ om. 12 δίμετρον μὲν τὸ 17 Κυθερείας 18 συνεχέστ. (supr. παρὰ πολλοῖς) 22—23 πᾶσα κακοῖσιν ἡμᾶς ἑκάστοτ' φλῶσιν ἄνδρες 25 λαμβανόμεθ'.

31 8 καὶ τῆς ἰαμβικῆς om. 15 Ἀμφιαράῳ 22 μυστικῆ.

32 2 κοινογράφους 5 τε om. 6 ἦ ρατίνων 9 βαθύστερνον ἄν. ἀκμονίδαν τ' ἄλυδις ἐδ. 21 κατὰ τὸν πρῶτον πόδα in margine leguntur.

33 2 δοχμιακὸν 3 μαίεται 6 προσέχετε 9 δὲ om. 13 ὤλεσσεν 16 θυμήσας 20 κακάκτα κήλων.

Scholia.

Scholia ita tractavi, ut eorum, quae etiam apud Gaisfordium inveniuntur, discrepantiam indicaverim, nova et quae nimis discrepant, integra descripserim, adhibitis Westphali editionis paginarum numeris. Simul monendum est scholiis non lemmata praescripta, sed singula verba, quo scholia spectant, signis fere suprapositis significata esse.

Scholia denique minoris amplitudinis et ea, quae ineptas pedum versuumque explicationes continent, — sunt enim lineis pleraque suprascripta — minorem aetatem produnt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Caput I *περὶ ποσότητος συλλαβῶν.*

pag. 3, 2 *ἐγχειρίδιον*] *ἐγχειρίδιον παρὰ τὸ* (?) *ἐνχερσὶν ἔχειν τὰ* * (*κεφάλαια*? cf. p. 89, 4) *τῶν μέτρων.*

3, 5—9 *Τοῦτο εἴρηκε ὡς μὴ εἶναι μεταξὺ τῶν φωνηέντων ἢ σύμφωνον ἢ διπλοῦν· τὸ δὲ μὴ ἐπὶ τέλει λέξεως διὰ τὴν λεγομένην κοινήν.*

4, 1 *πλείονα*] *τὸ δὲ πλείονα ἑνὸς ἁπλοῦ διὰ τὰ διπλᾶ ἢ θέσει μακρὰ.*

5, 7 *κερα*] *μακρὸν τὸ „ρα", κέρα ἐκ κέραα* (104, 11).

5, 21 *τίνα*] *ἀντὶ μιᾶς μακρᾶς, καὶ τὸ „θέλε" ὡσαύτως* (105, 21).

5, 23 *Ληθαίου*] *τὸ „θαι" κοινὴ, διίαμβος „πὶ Ληθαίου"* (105, 24).

8, 4 *Τῶν κωμικῶν τοῦτο.*

8, 14 *ἐκ μ' ἔλασας*] *κατὰ διάστασιν· τροχαικόν.*

9, 3 *ἄκμων*] *κ καὶ μ;*

9, 5 *ἀριθματοί*] *κοινή.*

9, 7 *τεκμαρτόν*] *κοινή γίγνεται, κμ ἐπιφερομένου.*

10, 2 *καὶ μὲν*] *τὸ μὲν μακρὸν.*

100, 11—15; 12 *δύναμις συμφ;* 14 *τὸ — τίθενται* om. 100, 17—21; 19 *τῇ ἑξῆς συλλαβῇ*, 20 *ἔχει — ὁ λόγος εἴη.* 102, 19—22, 21 *ἰστέον δὲ ὅτι πολλάκις — δύο διπλᾶς εὑρίσκομεν.* 102, 23—28 *ἐστιν*, 26 *οὖσα* pro *παραλ.* 109, 6—11 *ὅταν κατὰ σύλληψιν ὦσι, δῆλον· τὸ γὰρ ἄφωνον πάντῃ ἐστὶν ἀσθενές, ὡς κακόφωνον· τὸ δὲ δεύτερον εὐόλισθον, τρέχον· Διὰ γοῦν κτλ.* 11 *συλλαβή* om. 109, 12—16 *Λύο δὲ ἄφωνα οὐ ποιοῦσιν· πλέον γὰρ δύνανται, εἰ καὶ ἀσθενέστερα, τὰ δύο ὅμοια τῶν ἀνομοίων. Ἀμέλει τοι ἅμαξαν δύο ὄνοι πλέον ἕλκουσιν ἤπερ ὄνος καὶ βοῦς, ἐμποδίζεται γὰρ ἀλλήλων τὰ μὴ ἰσοδύναμα.* 109, 25 *Τροχαικὸν· ἔδει τὸν πρῶτον κτλ.* — 28 *ἀρτίαις· ἔδει οὖν εἶναι τὴν δευτέραν βραχεῖαν καὶ γίνεται διὰ τοῦ μ καὶ ν.* schol. 110, 5—7 ad versum 8, 16 adscriptum est. 110, 8—10 *Ἐπιλαμβάνεται Ἡλιόδωρος οἰομένου ποιεῖν κοινήν, ὅταν μετὰ τὸ ἄφωνον τὸ μ ἐστιν.* 110, 12—17; 13 *ἐλήλυμεν*, 14 *κατὰ* — 16 *ἐλήλυμεν* om.

Caput II *περὶ συνεκφωνήσεως.*

118, 21—119, 17 *παραδείγματος.* 119, 1 *Ὀλύμπια — ἔχοντες* om. 2 *εἰ μὴ κοινὴν*, 5 *ἐνταῦθα μέν*, 6 *κατὰ — πόδα* om. 9 *ἡμῖν μέν*, 10 *συνεκφ. λέγεται*, 12 *τι* om., 13 *φωνήεντος*, 16 *ὡς ἐπὶ.* 119, 25 seq. *Διαφέρει δὲ συνεκφώνησις συναλοιφῆς τούτοις· ἐνὶ μέν, ἡ μὲν συναλοιφὴ κατὰ τρόπους ἑπτὰ γίνεται, ἡ δὲ συνίζησις οὔ, δεύτερον δὲ, ὅτι ἡ μὲν συναλοιφὴ ὡς γράφεται καὶ βαίνεται· οἷον „ἔφαθ' οἱ δ' ἄρα". ἡ δὲ συνεκφώνησις ὁλόκληρος μὲν γράφεται, βαίνεται δὲ ἐλλιπῶς, οἷον· „χρυσέω ἀνὰ σκήπτρῳ".* 120, 26—121, 2; 121, 1 *Πηλιάδα ἦν*, 2 *λαμβ.* om. 121, 5—15; 5 *ἐστι* om. 7 *παρέλειψε ἡ*, 9 *μιᾶς μακρᾶς ἐν τῷ* 11 tantum habet. *δεω Ἀχιλλῆος* 12 om. 13 *κεδρίου νηλέι καπνῷ.*

Caput III *περὶ ποδῶν.*

12, 5 *περὶ ποδῶν*] *ποὺς ἐστι ποιῶν ἢ* (scrib. *καὶ*) *ποσῶν σύνθεσις συλλαβῶν πρὸς εὐπρεπείαν. Γίνεται τὰ μέτρα ἀπὸ ποδῶν τινῶν ἐχόντων τὸν ἴσον λόγον, ἢ τῶν ἐχόντων τὸν ἡμιόλιον.*

12, 11 *τροχαῖος*] *τὸν τροχαῖον μέντοι καὶ χορεῖόν φασι.*

13, 22 *ἀντίσπαστος*] *τὸ ἀντισπαστικὸν ἐνιάκι μακρὰν ἔχει τὴν ἄρχουσαν.*

14, 2 *ἐπίτριτος*] *Ἐπίτριτος δὲ λέγεται ὡς ἀριθμοῦ τινὰ ἔχων ἀναλογίαν. Τετρασύλλαβος γὰρ ὤν, ἀπὸ βραχείας καὶ τριῶν μακρῶν, διαιρεῖται εἰς τέσσαρα καὶ τρία. Ἔχουσι γοῦν χρόνους*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

αἱ δύο μακραὶ τέσσαρας, ἡ μακρὰ δὲ καὶ ἡ βραχεῖα χρόνους γ', καὶ ἐντεῦθεν συνάγεται ὁ ἐπίτριτος. Hoc scholium Gaisfordius e Bastii schedis desumpsit.

124, 20 *καὶ τοῦ* — 26; 22 *ἡ* om. 25 *ἔχει τὸν* om. 124, 29—125, 2; 124, 29 *ἰστέον δὲ* om. 125, 3—4 (*ἰστέον*) *ὅτι τὸ ἰαμβ.* — *ἐξάσημος.* 125, 7—9; 7 *ἀνίσῳ λόγῳ καλεῖται* 9 *ἀπὸ* — *δακτ.* om. 125, 12—21; 13 *μέτρον* om. 16 *γράφοντες τούτῳ χρῶνται*, 17 *ἰστέον δὲ* om. 18 *ἰων· ἀπ' ἐλ.* 19 *ὁ* om. 22 *ἰστέον δὲ* om. 23 *τὸ ααβαβαββ.* om. 25 *βραχεῖαν* om. 125, 28—126, 11; 126, 6 *τὸ* om.

Caput IV *περὶ ἀποθέσεως μέτρων.*

15, 11 *ἀγ' αὖτ'*] *πρῶτον εἰς τὸ οἳ ἡ διποδία τελειοῦται, καὶ εἰς τὸ η ἡ ἑτέρα.*

15, 16 *εἰμ ὥστ'*] *ἤτοι εἰμ' ὥςπερ ἀπὸ πασσάλου λυθεῖσα* (p. 143, 1).

15, 21 *κόραι*] *Τοῦτο ἔχει ἀναπαίστους δύο καὶ ἔστι τὸ κόρα δισσύλλαβον.*

16, 11 *Ἀριστο-*] *ἐν τῷ στο τὸ παράδειγμα, ὅπερ ἐστὶν ἀτελές.*

16, 20 *οὐχὶ δύνατον*] *Θεῖναι τὸ ὄνομα ἐν ἑνὶ στίχῳ.* — *Τοὺς στρατηγοὺς διασύρει, ὡς πολλὰ συλευ(ο)μένους. Τοῦτο καὶ χωλόν ἐστι, τῆς τελευταίας συλλαβῆς μὴ ληγούσης.*

Caput V *περὶ ἰαμβικοῦ.*

17, 4 *Τὸ ἰαμβικὸν*] p. 19, 5—22; 8 *δάκτυλόν φησι καὶ ἀνάπαιστον.* 10 *ἐν ταῖς ἀρτίαις* om. 12 *τοῖς* om. 15 *παρῳτήσατο*, 20 *μὲν*, 21 *ὡς* om.

17, 15 *τὴν κατακλεῖδα*] (*ἰστέον*) *ὅτι καταλεὶς λέγεται, ὅτι ἀπήρτισται ἐκ τοῦ ἀτελοῦς εἰς πόδα τέλειον ἡ τέως ἀτελὴς παραλήγουσα, καὶ ἐποίησε τὸ μέτρον ἀπὸ καταληκτικοῦ ἤγουν ἀτελοῦς ἀκατάληκτον ἤγουν τέλειον. Γίνεται δὲ κατακλείς, ὅτε παραλήγει ὁ ἴαμβος ἐν τοῖς καταληκτοῖς* (sic) *ἤγουν ἀτελέσι μέτροις. Ἐπισφράγισις γάρ ἐστι μέτρου ἢ εἰς ἀμφίβραχυν ἢ εἰς βακχεῖον. Γίνεται δὲ οὕτως ἡ τελευταία καὶ περιττεύουσα συλλαβὴ βραχεῖα ἢ μακρά· εἰ μὲν βραχεῖα, συμπλακεῖσα τῷ ἰάμβῳ, ἀμφίβραχυν ποιεῖ· εἰ δὲ μακρά, βακχεῖον.* Hoc scholium Gaisfordius e Bastii schedis desumpsit.

17, 16 *δίμετρα*] Cum titulo *περὶ διμέτρων: (ἰστέον) ὅτι δίμετρα λέγεται ἐν μὲν τοῖς ἁπλοῖς ποσὶν οἱ δισύλλαβοι οἷον ἴαμβος ἢ πυρρίχιος, τροχαῖος καὶ σπονδεῖος· δίμετροι δὲ λέγονται ὡς ἀπὸ δύο συλλαβῶν συνιστάμενοι ἢ ἀπὸ δύο χρόνων, ὡς ὁ πυρρίχιος· Λέγεται δὲ δίμετρα καὶ τὰ κατὰ διποδίαν μετρούμενα ἢ κατὰ συζυγίαν τεττάρων ποδῶν οἷον εἰσὶν τὰ Ἀνακρεόντεια· (ἰστέον) ὅτι πεντάμετρα βραχυκατάληκτα καλεῖται (οἷον) τὸ Πάτερ Λυκά(μ)βα ποῖον ἐφράσω τόδε* (lege *τοδί*)*; τίς* [*τὰς*] *σὰς παρήειρε* [*φρένας*]. cf. 147, 4—6.

18, 5 *μάχεσθαι*] *ἡ σθαι τελευταίως,*

18, 7 *τρίμετρον*] *καταληκτικὸν δηλονότι.*

18, 14 *πυρρίχιον*] *τὴν ἀρχομένην συλλαβὴν τοῦ τελευταίου ποδὸς δεῖ βραχεῖαν εἶναι.*

18, 15 *σπονδεῖον*] *δεῖ γὰρ τὴν ἀρχομένην τοῦ τελευταίου ποδὸς μακρὰν εἶναι.*

19, 1 *ἥκω*] *χωλὸν λέγεται καθὸ τοῦ μὲν ὀρθοῦ ἰαμβικοῦ τροχαῖον ἐν οὐδεμίᾳ χώρᾳ δεχομένου, ἐν δὲ τῷ τελευταίῳ ποδὶ ἴαμβον ἢ πυρρίχιον ἐπιφερομένου. Τὸ χωλὸν δέχεται μὲν κατὰ πᾶσαν χώραν ἀδιαφόρως τὸν τροχαῖον,* [*καὶ*] *τὸν σπονδεῖον δὲ ἐν τῇ τελευταίᾳ, πρὸς τούτοις δάκτυλόν τε καὶ τρίβραχυν, τούσδε τῷ ὀρθῷ ἰαμβικῷ οὐ δέχεται παραλήγοντας.*

19, 5 Ad ea, quae pro versu 5—22 in textu exstare dixi, hoc scholium adscriptum est: *κατὰ συζυγίαν μετρεῖται, καὶ ἔστιν ἡ συζυγία ἢ διίαμβος ἑξάχρονος ἢ ἐπίτριτος (τρίτος ego addo) χρόνων ἑξ* (lege *ἑπτὰ*) *ἢ πεντασύλλαβος· ἔστι δὲ ἐκ δακτύλου καὶ ἰάμβου ἑπτά-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

χρονος ἢ σπονδείου ἑπτάχρονος ἢ ἰάμβου καὶ χορείου ἑξάχρονος, ἢ ἑξασύλλαβος ἐκ δακτύλου καὶ χορείου ἑπτάχρονος, ἢ ἐκ δύο χορείων ἑξάχρονος· τὸν δὲ τελευταῖον πόδα λαμβάνει ἢ πυρρίχιον ἢ ἴαμβον, ὅταν ὁλόκληρον ἦ δηλάδη τὸ ἰαμβικὸν τρίμετρον ἀκατάληκτον. conf. quae de trochaico dicta sunt p. 156. 2—10.

145, 9—20 τέτακται, 9 ἰάμβου 10 δακτύλῳ 12 προεδρεία 12 ἐντ. — 13 λόγον om. 14 οὐχ ὡς τῶν ἄλλων τιμιωτέρου, ἀλλ' ὡς βραχυτέρου 16 πυρ· μὲν οὖν, 17 ἴδιος 19 πλὴν om. Sequitur: ἀλλ' οὖν ὁ ἴαμβος προτιμᾶται· οὐ πᾶς δὲ ἴαμβός ἐστι λοίδορος, ἔστιν ὅτε καὶ ἔν τισι . . . . . 147, 11—18; 13 ἐστίν, 15 οὐ δέχεται 16 κρᾶσιν.

Caput VI περὶ τροχαικοῦ.

20, 9 ληκύθιον] Ληκύθιον καλοῦσι δι' Ἀριστοφάνην σκώψαντα τὸ ἑφθημιμερὲς Εὐριπίδου, τὸ θοαῖσ(ιν) ἵπποις, διὸ καὶ ὁ Καλλίμαχος μοῦσαν ληκυθίαν τὴν τραγῳδίαν λέγει καὶ αὐτὸς ληκυθός τις λέγεται. conf. 156, 20—27.

20, 6 τετράσημον] ἢ δάκτυλον ἢ ἀνάπαιστον ἢ σπονδεῖον.

20, 16 ἐρξίη] τροχαικὸν τετράμετρον καταληκτικὸν ποδῶν ἁπλῶν ἑπτὰ καὶ συλλαβῆς.

21, 3 ἔρχεται] τροχαικὸν τετράμετρον καταληκτικόν ἐστι, τὸ καλούμενον Κλεομάχειον (sic), ποδῶν ἁπλῶν θ' καὶ μιᾶς συλλαβῆς, conf. 157, 19—21.

21, 8 κάρφεται] τὸ κάρφεται γάρ ἤδη τροχαικὸν βραχυκατάληκτον, ἰθυφαλλικόν, ἐπειδὴ τῷ ῥυθμῷ τούτῳ ἐκέχρηντο ἐν τῇ ἰθυφαλλικοῦ (sic) πομπῇ. conf. 157, 25—158, 3.

21, 9 ἰαμβικῷ] δηλονότι τριμέτρῳ, τὸ ἰθυφαλλικὸν ἐνταῦθα μετὰ τὸν ἴαμβον τέθεικε cf. 158, 5—6.

22, 3 σπονδεῖος] (ἰστέον) ὅτι ὁ σπονδεῖος τέλος μέν ἐστι τοῦ ἰάμβου καὶ εἶδος αὐτοῦ· ἀρ̣ (χ) (ἀρχὴ?) δὲ * (καίτοι?) οἷον ὕλη τις τοῦ τροχαίου, οἷον ὁ μὲν ἴαμβος τελειοῦται εἰς μακράν, ὁ δὲ τροχαῖος ἄρχεται ἀπὸ μακρᾶς, καὶ ἐπεὶ τὸ εἶδος ἄρρενος λόγον ἔχει, ἡ δὲ θήλεος (?), διὰ τοῦτο ὁ ἴαμβος ἐν ταῖς περιτταῖς αὐτοῦ χώραις ἐδέξατο τὸν σπονδεῖον· ὁ δὲ τροχαῖος εν ταῖς ἀρτίαις· οἱ γὰρ περιττοὶ τῶν ἀριθμῶν κατὰ τοὺς Πυθαγορείους ἄρρενος ἔχουσι λόγον, οἱ δὲ ἄρτιοι θήλεος.

154, 24—156, 14; 155, 3 τριμέτρου ἑξασήμου. 4 ἰάμβου, 5 αὐτῷ, 8 καὶ om., 8 ἀναγκαίως 9 ἔρχεται om. 12 γένεσίς τις 13 ἑκατέρᾳ, 14 προσθῇς, 19 ἰαμβικῷ om. 20 τροχαικῷ om. 20 ἰάμβῳ 26 σημασ. γὰρ, 28 δὲ om. 156, 11 δὲ καὶ, 9 τροχαῖον ἢ χορεῖον 11 et 12 δακτύλου. 158, 8—16; 8 ἰάμβου, 11 τῷ δακτύλῳ, 15 δὲ om. 16 διαλυομένης om.

Caput VII περὶ δακτυλικοῦ.

22, 15 δακτυλικόν] δακτύλου εἴδη πλείονα, τὸ δὲ ἐνδοξότατον ἑξάμετρον καταληκτικόν. λέγεται δακτυλικὸν καὶ τὸ ἀναπαιστικόν· πᾶν γὰρ τὸ ἐν ἴσῳ λόγῳ δακτυλὸν (sic) καλοῦσιν οἱ ῥυθμικοί. cf. p. 162, 9—15.

22, 21 δισύλλαβον] τῆς τελευταίας ἀδιαφόρου οὔσης μετὰ μακρᾶς ἢ βραχείας.

23, 5 χαῖρε] ποδῶν τεττάρων καὶ δύο συλλαβῶν.

23, 8 φαινόμενον] ποδῶν τριῶν καὶ συλλαβῶν δύο.

23, 16 πρὸς δύο ποσὶν] αν̣ (ττ) (ἀντὶ τοῦ?) πρὸς δύο παῖδας (sic) τῆς τελευταίας συλλαβῆς.

23, 18 ἐν δὲ Βατουσιάδης] δακτυλικὸν τρίμετρον καταληκτικὸν εἰς συλλαβήν ἐστι, τὸ καλούμενον πενθημιμερές, ποδῶν δύο καὶ συλλαβῆς μιᾶς· δύο δὲ συλλαβῶν λείπει ὁ δης ποὺς εἰς δάκτυλον.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

23, 20 *ταῦτα*] *δακτυλικὸν τετράμετρον καταληκτικὸν εἰς συλλαβήν, τὸ καλούμενον ἐφθημιμερές, ᾧ ἐχρήσατο Ἀλκμάν, ποδῶν τριῶν καὶ συλλαβῆς μιᾶς.*

24, 4 *Μῶσ'*] *δακτυλικὸν τετράμετρον ἀκατάληκτον ποδῶν ὁλοκλήρων τεττάρων.*

24, 17 *κέλομαι*] *Αἰολικὸν ἑξάμετρον, ποδῶν ἐστι τοῦ πρώτου δισυλλάβου καὶ τοῦ τελευταίου· τῶν δὲ τεττάρων μέσων ὁλοκλήρων δακτύλων· ὁ δὲ πρῶτος δισύλλαβος ἀδιάφορος πάντως, ὡς ἔφη· τοῦτο δὲ τὸ μέτρον καταληκτικόν ἐστι εἰς δισύλλαβον.*

24, 20 *τέω σ' ὤ*] *τοῦτο Αἰολικόν ἐστι πεντάμετρον τοῦ ἑξαμέτρου δακτύλῳ μεμειώμενον* p. 163, 3—4.

24, 21 *βραδινῷ Αἰολικῶς πλεονασμῷ.* p. 163, 5.

25, 8 *ἔρος σ'*] *τοῦ Σαπφικοῦ δακτύλου μεμειώμενον.*

25, 18 *καί τις*] *ἐνταῦθα ὁ πρῶτος ποὺς τρισύλλαβος δάκτυλος καὶ ὁ (β') δάκτυλος, εἶτα ἑξῆς ἡ τροχαικὴ συζυγία.*

25, 20 *ὦ διὰ*] *πρὸς φιλουμένην, παρθένον μὲν φαινομένην, μὴ οὖσαν (δὲ) ἐστίν.*

163, 6—8; 7 *δύο δακτύλους, ἑπταύργυιοι.* 163, 9—12; 10 *τετρασύλλαβοι ποδῶν ιβ'. καὶ γιν. ὅλον.*

Caput VIII *περὶ ἀναπαιστικοῦ.*

26, 1 *προκελευσματικόν*] *ἐπίλυσις ὁ προκελευσματικὸς τοῦ ἀναπαίστου, τῆς ἐπὶ τέλει μακρᾶς λυομένης.*

26, 10 *ὅτ' ἐγω*] *λεῖπον δύο συλλαβαῖς· ποδῶν ἑπτὰ ὢν καὶ συλλαβῆς μιᾶς.*

26, 20 *ἐν Λόγῳ*] *οὕτω καλεῖ τὸ δρᾶμα Λόγον Λογγῖνος(?).*

27, 3 *τοὶ μάντεις*] *τὸ „τεις“* (an *τοῖ* legendum?) *δύο συλλαβῶν δεῖται, διὰ τὸν ἀνάπαιστον.*

27, 7 *κίνασιν*] *σπονδεῖός ἐστι παρ' ἀλλήλων* (lege *παραλήγων*).

28, 4 *Ὀδυσσεῦσι*] *πρώτου νῦν Ὀρφῆος μνησόμεθα.*

28, 12 *Ἐρασμονίδη*] *τετράμετρον νῦν τὸ ποίημα καλεῖ.*

29, 12 *λογαοιδικόν*] *τὸ τὴν τελευταίαν δηλαδὴ συζυγίαν τροχαϊκὴν ἔχον.*

29, 13 *βακχεῖον*] *ἴαμβον ἔχον ἐν τῷ τέλει.*

30, 1 *ἐν συνεχείᾳ*] *οἱ ἑξῆς καὶ ὁλοκλήρως ποιήματα γράφοντες.*

25, 23 *τὸ δὲ ἀναπαιστικόν*] concinit fere cum schol. 1 p. 173; 20 om. 21 *ἔσται δὲ πῶς.* 174, 4 *ἐν αὐτῷ*, 5 *ἢ προκ.* — 6 *βαινόμενος* om. 8 *ἐπάλληλον*, 20 *εὑρίσκεται*, 21 *συγκειμένων* 21 *ἡμῖν*, 22 *ἵνα* — 26 *διποδίαν* om. 26 *ἐκτὸς ἢ τῆς*, 175, 1 *διποδίαν*, 5 *ὅτι τετράμετρόν ἐστι ἐκ δακτύλου καὶ ἀναπαίστου(?)· εἰ γὰρ μὴ συνάψαιμεν τοὺς δακτύλους τοῖς ἀναπαίστοις, οὐ γίνεται ἀναπαιστικὸν τετράμετρον.* 7—10 om. 176, 18—24; 18 *ὑπέστησε*, 20 *μέτρῳ στίχος μετὰ τὸν πρῶτον τρ.* 22 *ἀνάπαιστοι* 22 *πρὸς* ab alia manu add. 23 *λοιποὶ ἴαμβοι.* 176, 25—177, 3; 177, 1 *δι' ἣν αἰτίαν.* 177, 4—6; voci *ὑποστέλλοιτο* suprascr. *ὑποπίπτοι* et add. 5 *ὅτι τῆς* etc. 177, 7—16; 8 *κελευσματικῶν*, 13 *ἐν τοῖς προκελευσματικοῖς*, 15 *ἴσως ἂν ἦν.* 16 *καὶ οὐχὶ ὁ ἀνάπαιστος.* 177, 17—21; 17 *εὑρίσκεται.*

Caput IX *περὶ χοριαμβικοῦ.*

30, 11 *ἰδίαν*] *εἰς τὴν ἰαμβικὴν κατακλεῖδα ἤτοι ἀμφίμακρον καὶ τοῦτο διὰ τὴν ἀδιάφορον.*

30, 19] *τοῦ χοριάμβου κατακλεὶς ὁ δάκτυλος(?).*

31, 7 *τριβράχεος*] *τοῦ γὰρ ἰάμβου τοῦ πρώτου ἡ δευτέρα συλλαβή.*

31, 10 *ἀναπέτομαι δὴ*] *ἡ τῆς (δη?) ἐστι μακρά, διαλύεται εἰς δίο βραχείας· τοῦ δὲ χοριάμβου ἡ πρώτη μακρά.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

31, 16 *τι δρῶν*] *ἰαμβικὴ συζυγία ἐπιτάσημος, τοῦ πρώτου ὄντος σπονδείου· δέχεται γὰρ τοῦτο τὸν ἰαμβ[ικ]όν, τῆς πρώτης συλλαβῆς κοινῆς γινομένης.*

31, 19 *δαίμονες*] *ἐκ τεσσάρων χοριάμβων καὶ ἰάμβου καὶ συλλαβῆς.*

32, 1 *λέγων*] *ἐν τῷ προοιμίῳ.*

32, 6 *τίνων*] *ἀποδιδούς.*

32, 8 *Πτέρυξι*] *σύγγραμμα πτέρυγας μιμούμενον.*

179, 8—19; 11 *τὸν καὶ ἀμφ.* om. 14 *μὴ* om. 16 *ἐπεὶ* — 17 *κέκληται* om. 18 *ἤγουν* om. 180, 1—6; 4 *περὶ τὴν.* 180, 23—27 *τὸ δὲ τροφαὶ ἀμφιμακρός ἐστιν ὅλον ἀντὶ δακτύλου· καὶ τὸ λευκωλένον ἀμφίμακρος ἀντὶ δακτύλου· εἰς γὰρ δάκτυλον κτλ.* 180, 28 *Αἰολοσίκων*] *Δρᾶμα οὕτω καλούμενον.* 181, 3—10 *συλλαβὴν;* 4—6 *ἐν δὲ μιᾷ συλλαβῇ, ἤτοι ἀμφίβραχυς.* 181, 14—25; 18 *βραχέα· χοριαμβικοῦ* 19 *δύο βραχέα,* 20 *οὔσης βραχείας, ἔπειτα ἰαμβικοῦ· γίνεται οὖν τὸ μαι* (sic) *τρίβραχυς; τῆς μαι τοῦ ἰαμβικοῦ διαλυομένης εἰς δύο βραχέα κτλ.* 31, 20 *Πλειάδος*] 181, 26 *ἑπτὰ τραγικοί· Ὅμηρος, Δοσίθεος, Λυκόφρων, Ἀλέξανδρος, Φίλικος, Διονυσιάδης . . . .*

Caput X *περὶ ἀντισπαστικοῦ.*

32, 15 (*ἰστέον*) *ὅτι τὸ ἀντισπαστικὸν τετρασύλλαβον ὃν πόδας ἔχει καὶ αὐτὸ τετρασυλλάβους· ἔστιν οὖν*(?) *ὁ μὲν πρῶτος ποὺς ὁ καθαρὸς ἀντίσπαστος, σύγκειται ἐκ βραχείας καὶ μακρῶν δύο καὶ βραχείας· ὁ πρῶτος δὲ καὶ οἱ ἑρεξῆς δέχονται καὶ ἰάμβους· ὅτε οὖν καθαρόν ἐστιν ἀντισπαστικόν, τότε ὁ πρῶτος πούς, ὁ ἐκ δύο συζυγιῶν συγκείμενος ἤγουν συλλαβῶν τεττάρων, τὴν πρώτην αὐτοῦ συζυγίαν τρεπομένην ἔχει ἢ εἰς ἐπίτριτον τέταρτον, ἢ εἰς παίωνα β'* (lege *τρίτον*) *ἢ διτρόχαιον· εἰ μὲν γὰρ τὴν βραχεῖαν τὴν πρώτην ποιήσῃ*(?) *μακράν, ἐπίτριτον ποιεῖ· εἰ δὲ τὴν δευτέραν αὖτοῦ συλλαβήν, τὴν μακράν, εἰς βραχεῖαν συστείλῃ*(?), *παίωνα δεύτερον* (*τρίτον*?) *συνισταίῃ*(?) *εἰ δὲ τὴν πρώτην συλλαβὴν ποιήσῃ*(?) *μακρὰν, τὴν δὲ μετ' αὐτὴν βραχεῖαν, διτρόχαιον· εἰ δὲ τῆς δευτέρας συζυγίας τὴν μακρὰν εἰς βραχεῖαν καὶ τὴν βραχεῖαν εἰς μακρὰν ἀμείψει, τὴν πρώτην δὲ κατὰ χώραν ἐάσει μένειν ἤγουν βραχεῖαν καὶ μακρὰν ποιεῖ· τὸν διίαμβον.*

33, 1 *πενθημιμερές*] *ἐκ δύο ποδῶν καὶ συλλαβῆς, γίνεται δὲ τέταρτος ἐπίτριτος· τὸ γὰρ κλῦ μακρόν*(!) *ἐστιν ἐκ τριῶν μακρῶν καὶ δύο βραχειῶν, καθαρὸς ἀντίσπαστος.*

33, 2 *δοχμιακὸν*] *ἀπὸ ἔθνους ἢ τοῦ εὑρόντος.*

33, 3 *κλύειν*] *τοῦτο κατὰ πόδα, δύο γάρ ἐστι κῶλα, ποδῶν ἁπλῶν δύο καὶ συλλαβῆς.*

33, 11 *κάπρος*] suprascr. *διτρόχαιος, διίαμβος,* ab alia manu: *ἐξ ἀντισπάστου καὶ δύο ἰάμβων, ἡ γὰρ τελευταία συζυγία διίαμβος, ἀκατάληκτος δέ· οὐ γὰρ καὶ πρόσθεν τι εἴρηται.*

33, 16 *καὶ κνίσσῃ*] *ἐπίτριτος τέταρτος* — — — ⏑, *καὶ τέταρτος παίων* ⏑ ⏑ ⏑ — (Syllabam *θυ* igitur falso brevem accipit).

183, 3—11; 5 *παίωνα β'* 184, 21—30; 24 post *δισυλλάβους* habet ⏑ — — ⏑ | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — — ⏑ 25 *ἀλλὰ — δισυλλ.* om. 186, 28—32; 30 *ἔστι δὲ* om. 32 *εἶτα* (pr. m.) *ἀντίσπαστος.* 187, 13—14 *εὑρίσκεται;* 13 *ὑπὲρ τῶν.* 187, 19—22.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ex diversissimi generis argumento hujus codicis pauca hoc loco affere liceat:

Fol. 233r—246v *περὶ ὀρθότητος συντάξεως τοῦ γλυκέος* (sic); incipit: *τοῦ λόγου χρῆσις εὕρηται μέν, ἢ μᾶλλον τοῖς ἀνθρώποις δέδοται παρὰ θεοῦ τῆς ἀναγκαίας κοινωνίας ἕνεκα· φιλόκοινον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος καὶ ἀγελαστικὸν κατὰ Πλάτωνα· ἐδέησε τοίνυν αὐτοῖς λόγου ἵνα κτλ.*, explicit fol. 246v *δίκαιον ἂν αὐτοῖς καὶ εἴη καὶ νομίζοιτο.* Hunc tractatum *Albertus Jahnius* primum edidit ex tribus codicibus Monacensibus Nr. 133, 101, 529: *Joannis Glycae opus de vera syntaxeos ratione, Bernae 1849.*

Continuo sequitur fol. 247r commentatio de pedibus inedita, quae inscribitur: *περὶ μέτρων, τοῦ αὐτοῦ.* Incipit littera initiali rubra: *εἰμέλλοιμεν ἐμμελῶς καὶ εὐρύθμως τὸν τοῦ νοός ἄγγελον, ὅς ἐστιν ὁ προφορικὸς λόγος παραδιδόναι γραφῇ, ἀλλὰ μὴ πλήττειν τὸν ἀέρα κτλ.*

Eandem commentationem Byzantinam *Guilelmum Studemund* (Annal. Lips. vol. 95 p. 611) in decem libris Italicis invenisse video. In iis autem libris nomen auctoris aut deest, aut titulus *Ἡφαιστίωνος περὶ μέτρων* praemittitur, cujus metrici nomen opuscula officinae Byzantinae haud raro prae se ferunt. Quin Hephaestionis non sit hoc opusculum dubitari nequit. Quod si titulo nostro „*τοῦ αὐτοῦ*“ fidem habere licet, haud scio an Glycas (sive Glyceus) hujus quoque commentationis auctor sit.

Explicit ille tractatus *περὶ μέτρων* fol. 247r: *νῦν δὲ καιρὸς ἐκθεῖναι καὶ τὸ διάγραμμα καὶ ἄλλως μὲν ἔχον[τά]τινα γλαφυρότητα, ἣ μετὰ ταῦτα εἰρήσεται· μάλιστα δὲ διὰ τὸ εὐσύνοπτον τῆς τῶν ποδῶν προκοπῆς χρήσιμον ὄν· ἔχει δὲ οὕτως· σκόπει δὲ τὸ διάγραμμα οἵαν τὴν ἑρμήνειαν κέκτηται.*

Jam sequitur fol. 247v explicatio tabulae (pag. 14), qua omnes viginti octo pedes, iidem qui apud Hephaestionem cap. III enumerantur, satis artificiosa figura circumscripti, exhibentur. Quam figuram secundum certam quandam legem ac rationem esse confectam primo obtutu invenimus. Etenim tabula linea media in duas partes aequales ita dividitur, ut utraque parte pedes pari figura circumscripti sibi respondeant. Simul dextera parte pedes a longa syllaba, sinistra a brevi incipere videmus. Ceterum inane artificium Byzantini cujusdam grammatici hanc tabulam esse apparet. Ob eam causam totam explicationem longiorem, quae est in codice, huc referre supersedeo. Incipit: *τὰ μὲν τετράγωνα τὰς λεγομένας χώρας τοῦ μέτρου σημαίνουσι· τὰ δὲ ἐκτὸς τούτων ἡμικύκλια τὰς βραχείας τῶν ποδῶν συλλαβὰς· αἱ δὲ κατ' εὐθεῖαν μικραὶ γραμμαὶ τὰς μακρὰς κτλ.* Not. In sequenti tabula syllabas *πέφυ, καδί, μασα* cet., quae extra figuram inveniuntur, ita componas, ut fiat: *Πέφυκα διάγραμμα σαφὲς τῶν στίχων.*

Fol. 248v med.: *σχῆμά ἐστι πλοκὴ τῶν τοῦ λόγου μερῶν κατά τινα διάλεκτον· εἴδη δὲ σχημάτων κβ' ἐωϊκόν* (sic), *κορίνθιον, ἰβύκιον, χαλκιδιακόν, ἀλκμανικόν, κλαζομένιον, κολοφώνιον, σικελικόν, νησιωτικὸν κτλ.*

Fol. 249r med. *(τ)ὰ πάθη τῆς λέξεως ἢ κατὰ πόσον εἰσὶ ἢ κατὰ ποῖον, καὶ τὸ* (leg. *τοῦ*) *πόσου τὸ μέν ἐστιν ἔνδεια, τὸ δὲ πλεονασμός, τοῦ δὲ ποίου τὸ μὲν μετάθεσις, τὸ δὲ μετάληψις κτλ.* expl. fol. 249: *συναίρεσις· πάϊς παῖς, πυλέων πυλῶν· συναφή· ὡς ἔφατο ὡς ἔφαθ' οἱ δὲ, μετατύπωσις· ἐξ Ἰλίου Ἰλιόθεν, ἐντίθεσις· Διόνυσος Διονύσιος(!), συναλοιφὴ· ἔπτ' ἀχωσ.?, ἔκθλιψις· ἐπὶ ἐμοὶ ἐπ' ἐμοί, κρᾶσις· τὰ ἐμὰ τἀμά· συναίρεσις· πυλέι (Πηλέϊ?) πυλεῖ, ἔκθλιψις κρᾶσις· καὶ αὐτῷ χαὐτῷ, ἔκθλιψις συναίρεσις· τῷ αἰπόλῳ τῳπόλῳ, κρᾶσις συναίρεσις· ὁ αἰπόλος ὠπόλος, ροπὴ (?) συναίρεσις· τὸ ἔλαιον τούλαιον, ἔκθλιψις κρᾶσις συναίρεσις· οἱ αἰπόλοι ᾠπόλοι.* Conf. Draco Stratonicensis p. 157 seq. (ed. Go. Hermann) et schol. Heph. p. 119, 25—120, 10, quod inde corrigi potest (v. p. 97).

Jam ad id, quod instituimus, revertamur. Etsi Westphali, quam supra pag. 4 commemoravimus, novam eamque primam in Germania enchiridii Hephaestionei editionem (quae, etiamsi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fol. 248r.

Τῶν ϖοδῶν

ἴαμβος — πυρρίχιος — σπονδεῖος — [καὶ] τροχαῖος

α φ β μ ν λ

ἀνάπαιστος ⏑⏑— Ἑλένη

παίων τρίτος ⏑⏑—⏑ Κλεόβουλος

+ πέφϋ

ἐπίτριτος τρίτος ——⏑— Δημοσθένης

παλιμβάκχειος ——⏑ Ἥφαιστος

υ χ

ἰωνικὸς ἀπ' ἐλάσσονος ⏑⏑—— Διομήδης

χορεῖος ⏑⏑⏑ ἔλεος

προκελευσματικός ⏑⏑⏑⏑ φιλόσοφος

δισπόνδειος ———— Ἡρακλείδης

μολοσσός ——— Ἡρώδης

ἰωνικὸς ἀπὸ μείζονος ——⏑⏑ Δημήτριος

γ τ ξ κ

παίων τέταρτος ⏑⏑⏑— Διογένης

πυρρίχιος ⏑⏑ λόγος

σπονδεῖος —— Αἴας

ἐπίτριτος τέταρτος ———⏑ Καλλίξεινος

καδὶ μασα

ἀγραμ φὲς τῶν

παίων δεύτερος ⏑—⏑⏑ ὀνήσιμος

ἴαμβος ⏑— λέβης

τροχαῖος —⏑ ξηρός

ἐπίτριτος δεύτερος —⏑—— Ἀρχιτέκτων

ζ σ π (ι)

ἀντίσπαστος ⏑——⏑ Ἀλέξανδρος

ἀμφίβραχυς ⏑—⏑ βοηθός

διίαμβος ⏑—⏑— Ἀνακρέων

διτρόχαιος —⏑—⏑ Ἀρχέδημος

ἀμφίμακρος —⏑— ἡγεμών

χορίαμβος —⏑⏑— Ἐμφορίων

ψ ω

βακχεῖος ⏑—— νοήμων

ἐπίτριτος πρῶτος ⏑——— Ἀριστείδης

στίχων: +

παίων πρῶτος —⏑⏑⏑ Στησίχορος

δάκτυλος —⏑⏑ ἥλιος

δ β ε η ο ϑ

multo correctior commodiorque est quam Gaisfordiana, tamen multis locis editoris nimiam in opere conficiendo celeritatem prodit) perscrutatus vir in metrica arte versatissimus *Julius Caesar* duobus speciminibus „*emendationum Hephaestionearum*“ *Marburgi a. 1869* prolatis, plurima vitia certissimis fere emendationibus removit, tamen de locis quibusdam nondum sanatis nunc disputandum videtur.

Quae sit scholiorum condicio, quibus ex partibus duae collectiones, a Westphalo literis A et B distinctae, constent, egregie ab Hoerschelmanno l. c. expositum est.

Atque ad Hephaestionis caput primum, quod inscribitur *περὶ ποσότητος συλλαβῶν*, haec addenda videntur.

p. 4, 1, ubi grammaticus de positione duabus simplicibus aut una duplici consona effecta loquitur, apud Westphalum haec leguntur: *γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως κατὰ πέντε τρόπους*, apud Gaisf. mutato ordine: *γίνεται δὲ τοῦτο κατὰ πέντε τρόπους καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως*. Quum igitur in libris mss. M, Da, Tu legatur *γίνεται δὲ τοῦτο κατὰ πέντε τρόπους*, in ceteris vel praestantissimis libris: *γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως*, J. Caesar censuit verba *καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως*, ut inepta, omittenda et librario pro litteris non intellectis *κατὰ ε τρόπους* scribenti *καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως* relinquenda esse. Sed verba *κατὰ πέντε τρόπους*, si Hephaestionis essent, a librario non intellecta esse neque verisimile videtur, neque propter librorum auctoritatem verba *καὶ ἀεὶ ῥᾳδίως* deleri possunt. Immo verba *κατὰ πέντε τρόπους*, quae ab unius classis libris M Da Tu exhibentur, a librario, qui in iis, quae sequuntur, quinque modos productionis enumerari cognovit, addita esse mihi persuasum est; nam hos quinque modos prorsus fortuitos esse et in duos comprehendi et in plures extendi posse nemo non videt.

p. 5, 12 seq. non praetermittendum est, quod, cum omnes codices praebeant *ἐν τοῖς ἄλλοις μέτροις*, solus C habet *ἐν τοῖς τριμέτροις*, deinde, quod duo versus Sophoclis et Aristophanis 15—18 a tribus tantum libris c (C) P exhibentur (etiam Da omittit). Unde colligendum puto verba *ἐν τοῖς τριμέτροις* additamentum esse librarii, qui, ut illud firmaret, ad trimetrum Aeschyleum *οἷστρος τοιαύτας κτλ.* duos alios addidit; mirum quoque esset, si Hephaestio tria exempla correptae diphthongi *οι* prosus pariter conformata attulisset. Quo jure igitur libri C lectio *ἐν τοῖς τριμέτροις* editoribus displicebat, eodem verbis *καὶ Σοφοκλῆς — εἴπερ ποιήσω* in textu locum non concedendum fuisse existimo.

Ceterum versus Sophocleus (Ajac. 1118) ita legendus erat: *οὐδ' αὖ τοιαύτην.*

p. 5, 14 nota critica apud Westph. mendo laborat; legas *ἴστρος τοιαύτας παρθ.* Cc P S (Da) N.

p. 6, 3 Hephaestio dicit Sophoclem (Aristonis filium, tragici nepotem) nomen Archelai, cum elegiarum metro adversaretur, sic mutatum in pentametro adhibuisse: *Ἀρχέλεως*[1]· *ἦν γὰρ* || *σύμ-*

[1]) Tales licentias in nominibus propriis metro accommodandis poetas saepius sibi permisisse constat. Ut in iis quae sequuntur Parthenium, elegiarum aliorumque carminum scriptorem in carmine elegiaco propter nomen *Ἀρχελαΐδος* pro ultimo versu pentametro trimetro iambico usum esse legimus: *Ἀμυσχρὸν οὔνομ' ἔσσετ' Ἀρχελαΐδος.* Etiam in scholio p. 106, 8—10, quae verba ex commentario codicis Saib. desumpta sunt *ἰστέον δὲ ὅτι Φιλόπονος εἰς ἐπίγραμμα Καισαρείας ὡσαύτως ἐποίησε*, propter vocem *Καισαρεία*, quae metro elegiaco adaptari non potest, Philoponum eadem, qua Parthenium (6, 5 seq.), licentia usum esse demonstratur. (De Philopono grammatico, conf. Hoerschelmann de Dionysii Thracis interpretibus veteribus p. 72 seq.)

Idem fecisse p. 11, 8 Critiam videmus in ea elegia, quam in Alcibiadem condidit; cujus fragmenti alter versus trimeter iambicus est:

Ἀλκιβιάδην νέοισιν ὑμνήσας τρόποις.

(Aliud hujus elegiae fragmentum exstat apud Plutarch. Alcib. p. 209, in quo Critias, ceterum ignotus, cum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

μετρον ὧδε λέγειν. Quum igitur Hephaestio hexametrum versum ἔπος, pentametrum ἐλεγεῖον [1]) dicere soleat, v. 3 ἐλεγεῖον scribendum esse patet, quod auctore Gaisf., (nam Westphali nota critica manca est) a codicis M prima manu exhibetur.

p. 6, 12 apud duos editores haec leguntur:

Ῥίνθων μὲν γὰρ καὶ ἐν ἰάμβῳ ἐπισημασίας ἠξίωσε τὸ τοιοῦτον· ἐν γὰρ Ὀρέστῃ δράματί φησιν·

ὡς σὲ Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη.
Ἱππώνακτος τὸ μέτρον, οὐδέν μοι μέλει.

Cujus fragmenti priorem versum, cum in Tu. et Da. *ὁ Διόνυσος*, in Flor. *ὅδε Διόνυσος* legatur, et libri nonnulli auctore Gaisf. *θείης* praebeant, ten Brinkius in Philologe VI, 62 ita scriptum fuisse putat:

Ὁ δὲ Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείησ'.

Quod utrum verum sit necne, non multum interest. In eo autem haud scio an erraverit vir doctus, quod dicit: "„σ' *in fine versus accedat illis licentiis, quas hoc loco reprehendit Rintho*". Immo aliam rem Rinthonem in hoc versu nota dignum habere ex toto sententiarum nexu apparet: agitur enim de sola vocis *θείη* syllaba *θει*, cujus in correptione, quasi vitiosa sit, offendens Rintho (cf. exempla W. p. 5 et 17) dicit: *Ἱππώνακτος τὸ μέτρον:* versum esse claudum, choliambum, quales Hipponax conscribere soleat.

Quapropter Meineckium recte hos duos versus in personas hunc in modum distribuisse existimo:

A. *ὁ δὲ Διόνυσος αὐτὸς ἐξώλη θείη σ'*
B. *Ἱππώνακτος τὸ μέτρον·* A. *οὐδέν μοι μέλει.*

Sensum enim horum versuum ita mihi finxerim, ut Rhinthonem, quem res tragicas ludicro sermone tractasse constat, in Oreste fabula duas personas loquentes induxisse putem, quae, sicuti Aeschylus et Euripides in Ranis Aristophaneis, versuum recitatione inter se certant.

Sed haec leviora. Miror quod uterque editor sine ulla metri offensione alterum versum ita, ut a Choerobosco in Theod. II 553, 28 et ab Herodiano (quem Valkenarius laudat ad Euripidis Phoen. 1508), traditur, recepit, cum ex libris Hephaestioneis ille versus facile sanari posset. In voce enim *Ἱππώνακτος* offendendum esse apparet, cum spondeus in pari sede (*-νᾶκτος*) ne in propriis quidem nominibus excusetur. Illi autem grammatici huic rei statim medelam in promptu habere sibi videntur; Choeroboscus enim dicit: *πολλάκις εὑρίσκεται* (in libris *-κονται*) *καὶ ἐν τοῖς μέτροις ἀποτελοῦντα* [*τὴν*] *κοινὴν* (ancipitem) *συλλαβὴν τὸ κτ καὶ πτ, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, οἷον· Αἰγυπτίη τῇ πλεῖστα δόμοις ἔνι κτήματα κεῖται* (legendum est *Αἰγυπτίης, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται· δ* 127), *τὸ δὲ κτ ὡς παρὰ τῷ Ῥίνθωνι· Ἱππώνακτος τὸ μέτρον οὐδέν μοι μέλει.* Eadem fere Herodiani verba: *πολλάκις γὰρ καὶ ἐν τῷ μέτρῳ εὑρίσκομεν τὸ μν ἀποτελοῦντα* (leg. *τὰ μν απ.* vel. *τὸ μν ἀποτελοῦν*) *κοινὴν συλλαβὴν, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ· τὼς μὲν ὁ μνησάρχιος σφάζεν* (legend. *Τὼς μὲν ὁ Μνησάρχειος ἔφη ξένος* W. p. 8, 9) *ὁμοίως καὶ τὸ πτ· ὡς παρ' Ὁμήρῳ·* (*δ* 127) ..... *καὶ τὸ κτ· ὡς παρὰ τῷ Ῥίνθωνι· Ἱππώνακτος κτλ.* conf. etiam schol. A. W. p. 108, 25.

---

rogatione sua effecisset, ut populus de revocando Alcibiade decerneret, memoriam suorum bene de eo meritorum repetit:

Γνώμη δ' ἣ σε κατήγαγ', ἐγὼ ταύτην ἐν ἅπασιν
Εἶπον καὶ γράψας τοὔργον ἔδρασα τόδε·
Σφραγὶς δ' ὑμετέρης γλώττης ἐπὶ τοῖσδεσι κεῖται).

Similia exempla vid. apud Gaisf. II, 15, 16 et Franzium de epigraph. p. 7 et Heph. p. 16, 11 seq.

[1]) Conf. p. 6, 18 *καὶ ἐν ἕπεσι*; 11, 13 *καὶ ἐν ἔπει*; 6, 7 *ἀντὶ ἐλεγείου*; 52, 12 *τοῦ δὲ δακτυλικοῦ πενθημιμεροῦς δις λαβανομένου γίνεται τὸ ἐλεγεῖον.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In voce igitur *Ἱππώνακτος* litteras *κτ* syllabam ancipitem efficere illi grammatici hac lege sua prosodiaca probare student. Quid autem de hac grammaticorum doctrina judicandum sit, cuique patebit. Nam in versu Homerico (δ 127) vocis *Αἰγυπτίης* syllabas *ίης* ita, ut spondeus in prima sede evadat, per synizesin legendas esse nemo nescit; neque erit qui vocalem *α* in vocabulo *Ἱππώνακτος* propter sequentes litteras *κτ* brevem esse credat.

Nec magis ferendum est, quod Gaisfordius in edit. Lips. praebet, Bentleio probante: *ἴϑ' Ἱππώνακτος κτλ.*, quem versum aures offendere concedit: „*Versum secundum, prout nunc editur, satis asperum atque horridum esse fateor, et quem fastidiosae Atticorum aures procul dubio non tolerassent; a Siculis fortasse atque Italis paullo plus licentiae, poetis praesertim ludicri generis, fuit concessum.* Talem autem licentiam, quam ne comici quidem poetae in nominibus propriis sibi permittunt, Rinthoni hilarotragico concessam fuisse vix crediderim. Ac primum quidem hunc versum, ut ex libris apparet, a vocabulo monosyllabo incepisse certum est; quale id fuerit, propter lectionum varietatem pro certo dici non potest; nam libri c (C) P *ἴϑ' Ἱππ.*, Da Tu *εἴϑ' Ἱππ.*, Flor. *εἰδ' Ἱππ.* praebent, tamen particulam *ἴϑι* exsecrationis vim habentem huic loco optime convenire opinor. Deinde quin pro *Ἱππώνακτος*, quod metro adversatur, contractione soluta *Ἱπποάνακτος* legendum sit, non dubito. Quod si in hanc formam versum redegerimus:

B. *ἴϑ', Ἱπποάνακτος τὸ μέτρον*, A. *οὐδέν μοι μέλει.*

$\cup \perp \cup\cup — | — \cup\cup \quad \cup — | \cup \perp \cup —$

nihil offensionis remanebit.

p. 6, 17 In versu Euripideo (Hecuba 1107) recentiores Euripidis editores omnes, quod Porsonus conjecit, *ζόης* receperunt. Mirandum autem est, quod Barhamius in editione sua Hephaestionea regulam Hephaestionis de syllaba communi non perspiciens *ζόης* pro *ζώης* scripsit.

p. 6, 20 Hephaestio exemplum Theocriteum diphthongi *οι* sequente vocali correptae laudat:

ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα.

Codex C praebet *ὁρῶν γὰρ ἄειδε*, quae lectio non prorsus praetermittenda videtur. Sed priusquam de hac re disseramus, pauca de quantitate primae vocis *ἀείδω* syllabae praemittenda sunt.

Apud Homerum primam syllabam *ἀ-* semel, eamque in *arsi* primi pedis, productam invenimus:

ἀείδῃ δεδαὼς ἔπε' ἱμερόεντα βροτοῖσιν, ρ 519.

Theocritus longa eadem in *arsi* utitur hisce locis:

Id. VII, 41. *ἀείδων βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω*
VII, 141. *ἄειδον κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες ἔστενε τρυγών*
XVIII, 7. *ἄειδον δ' ἄρα πᾶσαι ἐς ἓν μέλος ἐγκροτέοισαι*

In *arsi* pedis quinti:

XVI, 3. *Μᾶσαι μὲν ϑεαὶ ἐντί, ϑεοὺς ϑεαὶ ἀείδοντι.*
XVI, 4. *ἄμμες δὲ βροτοὶ οἵδε· βροτοὺς βροτοὶ ἀείδωμες.*
XXIV, 75. *χειρὶ κατατρίψοντι ἀκρέσπερον ἀείδοισαι.*

In *arsi* pedis alterius:

Ἄρτεμιν ἀείδοισα καὶ εὐρύστερνον Ἀθάναν.

Hic versus apud Draconem, qui falso dicitur (ed. Hermann p. 11, 15), Theocriteus fertur.

In *thesi* haec syllaba apud Theocritum ubique (locis 26) brevis est, exceptis tribus locis, quibus me quidem judice corruptela subest. Atque unum ex tribus locis Theocriteorum carminum editor, Th. Fritzschius, vocabulum *τάδ'* inserendo probabiliter emendavit:

Id. VIII, 30. *πρᾶτος δ' ὧν τάδ' ἄειδε λαχὼν ἰυκτὰ Μενάλκας* cf. Id. VI, 20.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alter locus est:

Id. IX, 29. *τάς ποκ' ἐγὼ δεινοῖσι παρὼν ἄεισα*[1]) *νομεῦσι*,

qui emendationem exspectat, nam augmenti vim non possum a me impetrare ut agnoscam. Tertius locus est exemplum nostrum Hephaestioneum id. XI, 18, quem versum editiones Theocriteae vetustissimae, Mediolanensis, Aldina, Lovaniensis, auctore Fritzschio, sic exhibent: *ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὀρῶν τοιαῦτ' ἤειδεν.* Codicis autem Hephaestionei C lectionis *ὀρῶν γὰρ ἄειδε* editores Theocriteorum carminum notitiam non habuisse video. Quodsi hanc particulam *γὰρ*, quam a librario e conjectura temere additam esse non existmaverim, facili opera in *ἄρα* mutamus

ἀλλὰ τὸ φάρμακον εὗρε, καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
ὑψηλᾶς ἐς πόντον ὀρῶν ἀρ' ἄειδε τοιαῦτα,

ex tribus locis, qui offensionem habent, unus tantum (Id. IX, 29) ad sanandum remanebit.

p. 7, 8 verba *ἴσως διὰ τὸ φαντασίαν τινὰ παρέχειν τοῦ ἀπηρτίσθαι τὴν λέξιν ἐν τῷ χαμαί*, quae cod. N omittit, non Hephaestionem, sed interpretem sapiunt, quia explicant ea, quae sequuntur *ὡς μία* (scil. *λέξις*) *ἡ χαμαὶ ἀκούεται.* — v. 11 forma *τελέως*, quae est v. 19, praeferenda videtur.

p. 8, 6 in versu Epicharmi libri Heph. praeter C H B Fl. formam Aeolicam *ἔχοισαν* praebent, quales poetae dialecto Dorica usi haud raro inserere solent; cf. Ahrens de dialecto Dorica p. 447.

p. 8, 19 verba *Διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσι πεποίηκε, σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν, ὡς ὑποθήκας, ἀντὶ τοῦ ἐλήλυθμεν* (Caes.), quoniam non Hephaestionis, sed, quem refellit, Heliodori pravam referunt sententiam, Rossbachius[2]), jure sic mutanda proposuit: *διὰ τοῦτο* (*δὲ*) *καὶ Κρατῖνον . . . . . πεποιηκέναι*, quae editor male neglexit. Praeterita *ἐξηλέγξαμεν* 8, 32, *ἐδείξαμεν* 9, 1 et 8 nimirum spectant ad Hephaestionis majus opus, cujus hoc enchiridium epitomam esse scimus ex scholio Saib. W. p. 88, 21: *ἰστέον δὲ ὅτι πρῶτον ἐποίησε περὶ μέτρων μη βιβλία, εἶθ' ὕστερον ἐπέτεμεν αὐτὰ εἰς ἕνδεκα, εἶτα πάλιν εἰς τρία, εἶτα πλέον* (legas *πάλιν*) *εἰς ἓν τούτου τοῦ ἐγχειριδίου.*

p. 9, 9 Quod Caesar propter scholii verba p. 110, 15: *Ἀττικὸν γάρ ἐστι τὸ ἐλήλυμεν* et Bergkius Mus. Rhen. 1842 p. 377 proposuerunt *Ἀττικοῖς* pro *αὐτοῖς* speciosum quidem, sed non necessarium videtur; cf. ejusdem scholii verba: *ἀλλὰ σύνηθες αὐτῷ οὕτω λέγειν.*

Jam ad scholia hujus capitis progrediamur. Scholion primum p. 95, 4—97, 20 apud Gaisfordium (150, 18—152, 25) inter Longini prolegomena videmus. Eorum autem, quae Gaisfordius (p. 151) typis minusculis expressa apposuit, priorem partem (*ἰστέον ὅτι* usque ad *βραχεῖαν*) Westphalius p. 90, 29—91, 28 Longino reliquit; alteram (*διαλαμβάνει — τὸ λεγόμενον*) p. 96, 25—97, 20 scholiis ad caput primum pertinentibus attribuit. Totum autem scholium (p. 95, 4—97, 20) ex duabus partibus constat, quarum prior (95, 4—96, 24) initium Longini in enchiridium commentarii, altera (96, 25—97, 20, Gaisf. 151 in f.) ex codicis Saib. *ἐξήγησις εἰς τὸ τοῦ Ἡφαιστίωνος ἐγχειρίδιον* (*Σ*) desumpta est, quam ad Choeroboscum referendum esse putat Hoerschelmann l. c. p. 266, 287, 300. Miram autem inter duos commentarios similitudinem intercedere apparat ex p. 96, 4—17, quae ad verbum fere concinunt cum p. 97, 6—19. De fontibus cf. Hoerschelm. l. c. p. 29.

p. 98, 3 (scholion *Σ*) scribi debet *εἰ γὰρ λήγει* (scil. *ἡ συλλαβή*) *εἰς μακρὸν φωνῆεν;* item p. 100, 8 *καίτοι ἀμφότεροι εἰς μακρὸν φωνῆεν λήγουσιν.*

p. 101, 6 (schol *Σ*) lacunam, quam W. indicat, non minus facile erat explere, quam v. 4. Legamus igitur *τὸ γὰρ εἶπας ἐπιφέρει περισπώμενον*, cf. v. 11 *τὸ γὰρ ἑλικώπιδα ἐπιφέρει δασυνόμενον.*

---

[1]) Buechelerus Jahnii Annal. vol. 81 (1860 et 1861) conjecit *ἄκουσα.*

[2]) De Hephaestionis Alexandrini libris et de reliquis quae, cet. pars prior Vratisl. 1857 p. 12.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 101, 16 *ἕβδομον ὅτε ὁ ἢ διαζευκτικὸς ἐπιφέρεται· ἢ Αἴας ἢ Ἰδομενεὺς ἢ δῖος Ὀδυσσεύς· περὶ δὲ τῆς ας συλλαβῆς τοῦτό φησιν· δεῖ παρατηρῆσαι, ὅτι πρὸ τοῦ η κεῖται σύμφωνον ἐν τῷ ας καὶ ὅμως ὥσπερ ἀμφιβαλλομένης καὶ οὐχ ὁμολογουμένης μακρᾶς φησι ὁ Ἡλιόδωρος* (septima est ratio, qua longa vocalis sequente vocali non corripitur, si ἢ disjunctivum sequitur, *ἢ Αἴας ἢ Ἰδομενεὺς κτλ.*, de syllaba *ας* autem hoc dicit (Heliodorus); sed animadvertendum est ante ἢ particulam in syllaba *ας* consonam esse, nihilo tamen minus, quasi longa addubitetur neque concedatur, hoc dicit Heliodorus). Quibus in verbis, cum ipsius scholiastae non Heliodori sint, signa aliena referendi omittenda esse jure Caesar monuit, qui praeterea scholiastam Heliodori sententiam non percepisse putat, cum grammaticus (Hel.) non de syllaba *ας*, sed de particula ἦ insequente vocali non correpta loquatur. Si hoc verum est, Heliodorus hunc canonem sic certe conformare debuit: *ἕβδομον ὅτε τῷ ἢ διαζευκτικῷ ἐπιφέρεται φωνῆεν.* Ex ipsis autem verbis, prout conformata sunt, (si ἢ disjunctivum „*sequitur*“) elucet Heliodorum re vera de syllaba *ας* hanc regulam intellegi voluisse. Scholiasta igitur miratus, quod Heliodorus hunc canonem falso de syllaba *ας*, quae per se longa est, valere vult, haec dicit: *δεῖ* (*δὲ*) *παρατηρῆσαι, ὅτι πρὸ τοῦ ἢ κεῖται κτλ.* Quod cum scholiastam has octo rationes non e memoria reddidisse, sed ex exemplo quodam Heliodori sic conformatas prompsisse consentaneum sit, Heliodorus ipse hac canonem afferendi ratione errorem commisisse putandus est.

p. 101, 23 forma Homerica est *βυσσόν*.

p. 102, 7—18 Quomodo hoc schol. Saibantianum ad verba Hephaestionis, quibus mutam cum liquida communem syllabam efficere demonstratur, explicanda pertineat, non liquet. Ex ultimis autem verbis *τὸ βορέης καὶ ζέφυρος ἐπισκεψόμεθα αὐτοῦ λέγοντος ἐφεξῆς* hoc scholium ad doctrinam *περὶ ἐπῶν χωλῶν ἢ παθῶν τοῦ ἡρωϊκοῦ* pertinere veri simile est, de qua p. 167, 26—171, 4 agitur; ibi etiam versus noster legitur, quem *ἀκέφαλον* vocant (169, 12): Il. I, 5. *Βορέης καὶ Ζέφυρος τώτε Θρῄκηθεν ἄητον.* Sed quorsum illud *αὐτοῦ λέγοντος ἐφεξῆς*? an Hephaestionis? Sed ille nusquam in enchiridio de hac re disputat. Videtur igitur interpres ad auctorem illius capitis Byzantinae doctrinae (167, 26—171, 4) nos relegare.

p. 102, 19—20 verba *ἐν γὰρ τῇ συλλήψει αὕτη μὲν κοινὴ γίνεται οὐκ ἐν διαστάσει ὡς ἑξῆς ἐρεῖ*, quae eadem in codice Darmst. inveniuntur, ad p. 8, 10 potius spectant, ubi communem syllabam effici demonstratur, si muta cum liquida ejusdem vocis sunt. cf. 108, 6 seqq., 110, 3—4. — De iis quae sequuntur *πολλάκις κτλ.* cf. scholium Darmst. p. 8: *ἰστέον δὲ ὅτι πολλάκις καὶ κατὰ σύνταξιν εὑρίσκομεν δύο διπλᾶς*, quibus ex verbis melius, quam ex cod. Saib., intellegi potest, quid sibi velit scholium. cf. Caesar l. l. p. XIII.

p. 103, in schol. 10^b (Gaisf. 154—155), cujus priorem partem *καλᾶς — προσαγορεύεται* Westph. omisit, et in scholio 10^a verba 22—23 *ἐν μέσῳ δὲ ἀμφοῖν κειμένη κοινὴ προσαγορεύεται*, quibus syllabam ancipitem medium inter longam et brevem syllabam locum obtinere demonstratur, male intrusa sunt ex schol. p. 102, 27—29. Nam quo spectet voc. *ἀμφοῖν* non est. — v. 21 *οὐδὲ* (pro *οὐ δεῖ*) quod Gaisf. p. 6 habet, operarum vitio tribuendum videtur; v. 28 pro *ὅτι οὐκ*, quod Caesar proponit, jure Hoerschelm. de Dionysii Thrac. p. 82 legendum censet *οὐκ*, quia urgentur verba *εἰσίν* et *γίνονται*.

p. 104, 5 *ὅταν γὰρ εἰς μακρὰν λήγῃ* (scil. *ἡ συλλαβή*) *καὶ ἀπαρτίζῃ εἰς μέρος κτλ.* pro *μακρὰν* scribendum est *μακρόν* (scil. *φωνῆεν*) „Si syllaba in longam vocalem desinit et finit vocem ..... communis fit“. — v. 18 *τὸ α μηκυνόμενον* potius legendum est, cum vocalis (*α*, *ι*, *υ*), non syllaba, *μηκυνομένη* dici possit. — v. 19—24 (Gaisf. p. 6) varias lectiones a Westph. omissas esse Caesar jam monuit. Cum igitur cod. Saib. post vocem *ἀνάπαυσις* habeat *τῆς φωνῆς ἤτοι τοῦ λόγου*, v. 21 Tu *αὐτᾶς μακρᾶς εὐφων.* M *τὰς μακρὰς εὐφωνοτ.* S *τὰς μακρὰς ἀφωνοτέρας* prae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

beant, deinde v. 23 Saib. et M post *εὑρίσκεται δὲ* addant *καὶ*, quod prorsus necessarium est, hoc scholium ita reddendum fuisse puto: *ἡ γὰρ ἀνάπαυσις τῆς φωνῆς ἤτοι τοῦ λόγου τὰς συλλαβὰς ..... αὐτὰς τὰς μακρὰς ἀφωνοτέρας καθίστησι ..... 23 Εὑρίσκεται δὲ καὶ μὴ κτλ.*

p. 105, 3 a verbis *τὸ δὲ τίνα τῶν παλαιῶν κτλ.* quae falso huic lemmati ab utroque editore adscripta sunt, schol. 15 incipere debuit.

p. 105, 13 seq. scholiasta loquitur de versu Sotadeo, cujus schema hoc esse docet:

— — ∪ ∪|— — ∪ ∪|— ∪ — ∪ |— —

Plut. II p. 11 A *εἰς οὐχ ὁσίην τρυμαλίην τὸ κέντρον ὠθεῖς* (W. 105, 7)

tertia igitur sede per anaclasin pro pede ionico dipodia trochaica ponitur; in versu p. 5, 21 duplex solutio invenitur:

$\overline{\cup\cup}$ — ∪ ∪|— —∪∪|— ∪ $\overline{\cup\cup}$ ∪|— —

τίνα τῶν παλαιῶν ἱστοριῶν θέλετ᾽ ἐσακοῦσαι

Quo igitur in scholio Caesar interpretis verbis recte perspectis emendavit v. 21, 22 *τὸ „λετ᾽ ἐσ“*; praeterea v. 20 potius scribendum est: *καὶ ἔστιν ὁ ποὺς πεντασύλλαβος „ὧν θέλετ᾽ ἐσα“.*

p. 106, 7—8 offendunt verba *τοῦ γὰρ Ἀρχελαΐδος καὶ τοῦ Πηνελάοιο τὸ λα ἐκτεταμένον ἐστί· γίνεται οὖν κοινή.* In quibus, cum Caesar ultima verba *γίνεται οὖν κοινὴ* ex p. 103, 11, ubi communem syllabam non esse, sed reddi ostenderetur, huc irrepsisse injuria putet, pro voce *Ἀρχελαΐδος*, quae ferri non potest, *Ἀρχέλαος* scribendum esse apparet. Spectant enim illae voces *Ἀρχέλαος* et *Πηνελάοιο*, in quibus *λα* syllaba communis reddi dicitur, ad p. 6, 4 *Ἀρχέλεως* et 6, 11 *Πηνελέοιο*; nam ut voce *Ἀρχελαΐδος* in versu uti posset, poeta non syllabam corripere, sed metrum immutare coactus est: p. 6, 5 seq. *Καὶ Παρθένιος δὲ ἐπικήδειον εἰς Ἀρχελαΐδα γράφων ἐλεγειακόν, τὸν τελευταῖον μόνον στίχον ἀντὶ ἐλεγείου ἰαμβικὸν ἐποίησεν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐρεῖν ἔμελλεν, ἀμυσχρὸν οὔνομι κτλ.* Nimirum haec verba, quae in S M Da Tu inveniuntur, non ejusdem sunt scholiastae, qui v. 13—15 recte docet: *Πηνελάοιο γὰρ ἦν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἐκτεταμένον ἦν τὸ α, οὐκ ἠδύνατο [δὲ] τοῦτο, μετέβαλεν (δ᾽) εἰς τὸ ε βραχύ* (libb. *βραχεῖαν*), sed alius cujusdam male docti interpretis syllabam *λα* in vocibus *Ἀρχέλαος* et *Πηνελάοιο* corripi posse rati; id quod eo minus mireris, cum in Tu et M p. 6, 11 *Πηνελάοιο* legatur. Accedit quod etiam apud Draconem Stratonic. p. 121, 11 (Herm.) idem error invenitur: *Ἰόλαος, τὸ α ἀδιαφόρως.*

p. 106, 10—12 verba *τὸ δὲ ἀμυσχρὸν τινὲς ἐν αὐτῇ τῇ χρήσει, ἀμυσχρόν φασιν, ὅ σημαίνει τὸ ἀδύνατον*, quemadmodum apud utrumque editorem leguntur, sensu carent; ne Caesar quidem quidquam profecit scribendo *ταύτῃ* pro *αὐτῇ*, qui praeterea verbum *ἀμυσχρὸν* male repetitum esse ratus scholiastam scripsisse suspicatur *ἀμυδρόν* (obscurum), quod quid hoc loco sibi velit nescio. Immo res multo simplicius se habere videtur: verba *τὸ δὲ ἀμυσχρὸν* lemmatis instar sunt, et pro *αὐτῇ τῇ* ordine mutato scribamus *τῇ αὐτῇ: τὸ δὲ ἀμυσχρόν*] *τινὲς ἐν τῇ αὐτῇ χρήσει ἀμυσχρόν φασιν, ὅ σημαίνει τὸ ἀδύνατον.* „Quidam vocem *ἀμυσχρὸν* eadem notione usurpant, quam habet vocabulum *ἀδύνατον*.“ Hoc autem scholiasta ideo adnotavit, quod varia notione hanc vocem usurpari scivit, ut ex Hesychio videmus verbum *ἀμυσχρὸν* ita explicante: *καθαρὸν, ἁγνὸν, ὁλόχροον.* Ea autem significatio, quam scholiasta hoc loco voci *ἀμυσχρὸν* subdit, apta videretur, si Parthenium id dixisse putaremus: in elegia, id est in metro dactylico, nomen Archelaidis *ἀδύνατον* erit, (i. e. non quadrat). Tamen haec significatio vocabuli *ἀμυσχρὸν* sensui potius illius versus, quam veriloquio vocis ipsius convenire videtur. De voce autem *ἀμυσχρὸς*, praeter Hesychii glossas, in vocabulariis nihil invenitur; fortasse cogitare licet de verbo *ἀμύσσω* (*ἄμυξις, ἀμυχή, ἀμυχμός*) quod est „pungere, sollicitare, curare esse“, quae quidem notio huic loco bene convenit: nam mihi curae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

erit nomen Archelaidis; conf. Critiae epigramma in Alcibiadem p. 11, 10 (de quo p. 15 dixi): *Οὐ γάρ πως ἦν τοὔνομ' ἐφαρμόζειν ἐλεγείῳ, Νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως.*

p. 107, 10 cum scholiasta diphthongos *αι* et *οι* non longas esse i. e. duas moras habere sequente vocali dixisset, ita pergit v. 10 *αὗται πρὸς ἕνα ἥμισυ χρόνον ἔχουσι χρόνον;* in quibus et neutrum *ἥμισυ* et vox *χρόνον* male repetita offensionem movent; legendum autem videtur: *πρὸς ἕνα ἥμισυν ἔχουσι χρόνον* (ad unam moram dimidiam habent). Idem fere ex Choerobosco Dict. p. 400, 8 Hoerschelmannum de Dion. Thrac. interpr. p. 50 conjecisse postea vidi: *πρὸς ἕνα ἥμισυν χρόνον ἔχουσιν.* — v. 14 *ἐπὶ τῆς „οι" διφθόγγου* pro *„υι"* typothetae errori tribuerem, nisi idem apud Gaisfordium (156) exstaret. — v. 18 post vocem *εὑρεῖν* voc. *καὶ* inserendum videtur. Etiam v. 21 verba *τὴν γὰρ „λου" συλλαβὴν ἐν τετάρτῳ ποδὶ ἰάμβῳ συνέστειλεν* satis inepte dicta essent, nisi legendum videretur *ἰάμβου* (= *τριμέτρου ἰαμβικοῦ*) ut v. 23 *οἷον ἐν πρώτῳ ἰάμβῳ Ἱππώνακτος.*

p. 107, 29 seq. in verbis *ἰστέον δὲ ὅτι ἡ τοῦ ποιητοῦ χρῆσις ἡ ἔχουσα τὴν οι τὴν αντὶ βραχείας παραλαμβανομένην, ἀλλ' ἐν ἀμφιμάκρῳ, ὡς ἐν τῷ „ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα"* (6, 20) *καὶ τοῖς ὁμοίοις, ὁ δ' Ἡλιόδωρος ἔλεγεν αὐτὸ κατὰ συνίζησιν*, corruptelam, quam W. asterisco ante *ἀλλ'* posito indicavit, Caesar ita tollere studuit, ut *ἀλλ'* mutaret in *ἐστίν*. Cum autem grammaticus docere velit apud Homerum correptam diphthongum *οι* maxime in pedibus creticis inveniri, ut in versu Theocriteo *ὁρῶν ἄειδε τοιαῦτα* (pes *ειδε τοι* — ⏑ ⏑̲) vel apud Homerum *ἄνδρα μοι*, vel p. 7, 3 *ὡς ἀδοι-*, pro *ἀλλ'* scriptum fuisse *μάλιστα* existimo. p. 108, 1 verba *ὁ δ' Ἡλιόδωρος ἔλεγεν αὐτὸ κατὰ συνίζησιν* quae hoc loco plane sensu carent, ad v. 28 vocem *Αἰγυπτίη* pertinere veri simillimum est, quae, cum scholiasta falso dactylum statuat (*Αἰγυπτι-*), ex Heliodori sententia per synizesin trisyllaba (*Αἰγυπτίη*) numeretur; cf. etiam p. 112, 26. — Iis quae sequuntur *εὑρίσκεται δ' ἁπλῶς κτλ.* correptam vocali sequente longam syllabam praeter creticum (107, 31) etiam in palimbacchio inveniri demonstratur, ut apud Tyrtaeum *ἥρωες* (— ⏑̲ ⏑) vel apud Homerum *τὴν οἷος* (p. 7, 1).

p. 108, 5 seq. Initium hujus scholii *καλῶς πρόκειται ἐν συλλήψει κτλ.*, quo mutam cum liquida, nisi ejusdem vocis sint, communem syllabam non efficere ostenditur, ad W. p. 8, 10 demum spectat. — v. 21 verba *δι' ἀνάγκην γὰρ* ex dittographia orta delenda sunt, legendum videtur: *πάλιν δέ ἀνάγκην· ὡς τὸ ἁλς καὶ Τίρυνς.* — v. 29 verba *εἶτα καὶ ὅτι τῷ λόγῳ τῆς κοινῆς οἱονεὶ βραχείας τὸ πτ διπλασιάζεται, τὸ κέκτηκα καὶ πέπτωκα, ἐὰν μὴ κτλ.*, quibus scholiasta litteras *πτ* et *κτ* reduplicationem admittere demonstrat, ex Choerobosco Dict. 553, 28 corrigi poterant: *τὸ κτ καὶ πτ διπλασιάζεται, τὸ κέκτημαι καὶ πέπτωκα.* cf. Hoerschelm. de Dion. Thr. p. 48.

p. 109, 12 postquam grammaticus ostendit, cur muta cum liquida tam facile syllabam communem reddant, v. 12 ita pergit: *δύο δὲ ἄφωνα οὐ τέθεινται, ἅτε τῶν δύο τῶν ὁμοίων, εἰ καὶ ἀσθενέστερα ὑπάρχοιεν, πλέον ἐλκόντων ἤπερ τῶν ἀνομοίων;* dicit igitur duas mutas non communem sed longam syllabam reddere, quoniam duae pares, etiam si debiliores sint ceteris consonis, plus valeant, quam impares. Ex quo pro librorum *τέθεινται*, quod sensu caret, *τίθενται* (efficiunt) scribendum esse apparet; eadem enim sententia v. 16 repetitur: *οὐ ποιοῦσιν οὖν κοινὴν συλλαβὴν δύο ἄφωνα*; cf. ea quae cod. Darmst. praebet: *δύο δὲ ἄφωνα οὐ ποιοῦσιν· πλέον γὰρ δύνανται κτλ.* — Quod v. 19 Pauwius conjecit *μείω*, pro libb. *πλείω*, falsum est, quia grammaticus per ineptam imaginem ab aegroto sumptam hoc dicit: duae mutae, utpote debiliores, ad movendum *plus* temporis conficiunt.

p. 110, 5 (Gaisf. p. 14) Nota critica ad vocem *μακρὰ* apud W. mendo laborat: *μακρὰ* M(Da); *μακρὸν* S Tu.

p. 110, 12 verba *συνηγορῶν Ἡλιοδώρῳ δῆθεν ταῦτά φησιν* (M Da Tu) nimirum spectant ad p. 8, 19—22: *Διὰ τοῦτο καὶ Κρατῖνος ἐν τοῖς Χείρωσι πεποίηκε· σκῆψιν μὲν Χείρωνες ἐλήλυμεν,*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ὡς ὑποθήκας, ἀντὶ τοῦ ἐλήλυθμεν (Caes.); quae verba scholiasta Hephaestionis esse ratus hunc Heliodoro patrocinari (*συνηγορεῖν*) dicit. Quod cum re vera non ita se habere sensisset librarius codicis Saib., haec verba (p. 110, 12) *συνηγορῶν Ἡλιοδώρῳ δῆθεν ταῦτά φησιν* jure omisit.

p. 111, 14 Neque, quam Westphalius recepit, lectio cod. M *τὸ κμ* neque quae Caesari placuit cod. S *κ καὶ μ*, sed quam Gaisfordius e Turneb. ed. recepit *τὸ μ* praeferenda est propter Hephaestionis verba p. 8, 17: *φησὶ δὲ ὁ Ἡλιόδωρος τὸ μ ἐπιφερόμενον ἀφώνῳ κτλ.*, item v. 21 cum S M legas *καὶ πρὸ*.

p. 113, 14 *οὐδὲ μαλ' ἰ· ἐπειὴ π. φ. ἐ.* (Caes. XI) cf. Hom. *π* 89, *ι* 276, *Λ* 169; v. 24 = *Z* 139; v. 25 = *Λ* 338 *ὦ υἱὲ Πετεῶο;* v. 27 = *Λ* 51. — p. 114, 8 ex Hom. *Γ* 71 legendum *ὁππότερος δέ κε νικήσῃ κρείσσων τε γένηται*. Cetera exempla Homerica Caesar l. l. emendavit.

De scholiis B primi capitis cf. Hoerschelm. Mus. Rhen. XXXVI p. 281, idemque de Dionysii Thracis interpret. vet. p. 57 seq. — Cum Hephaestio p. 5, 1 tria genera syllabae ancipitis statuisset interpres noster p. 114, 13 ei oblocutus duodecim esse dicit, quorum duo longam syllabam v. 16. brevem, decem brevem syllabam v. 17. longam reddant. Atque haec decem genera eadem esse patet, quae p. 112, 8 seq. Heliodori esse dicuntur: *περὶ δὲ ταύτης τῆς βραχείας τῆς ἀντὶ κοινῆς λαμβανομένης λέγει ὁ Ἡλιόδωρος δέκα τρόπους.* — v. 19, cum Westphalius addendum esse aliquid putaret (cf. Hoerschelm. de Dion. p. 63) atque optionem nobis daret inter *τοῖς παλαιοῖς* et *τοῖς ποιηταῖς*, illud minus recte recepit, cum p. 111, 22 legatur: *ἰστέον δὲ ὅτι οὐκ ἐχρησάμεθα ἡμεῖς ταύτῃ τῇ κοινῇ, ἀλλὰ μάλλον οἱ ποιηταὶ, οἷον.* cf. schol. Dionys. p. 831, 24. — In iis quae sequuntur v. 22. cum exspectares duos tantum canones allaturum esse scholiastam, quibus longam syllabam pro brevi usurpari v. 16. dixerat, eidem tres Hephaestionis canones (p. 5, 1) per neglegentiam quandam rursus afferuntur, quamquam tertius canon (p. 115, 8), quo brevis syllaba pro longa usurpatur, huc non pertinet, quia idem inter decem canones (p. 114, 17) primus enumeratur p. 115, 25. Quapropter nescio an jure Westphalius p. 114, 22 verba *τῶν μὲν τριῶν* spectantia ad v. 13 inseruerit. Conf. contra Hoerschelm. de Dionys. p. 63 not., cui, quamquam scholiastae interpretationem hujus tertii canonis (p. 115, 8) non prorsus concinnere cum Hephaestionis verbis (p. 9, 14) non negamus, tamen verba p. 115, 21 *σημείωσαι δὲ ὅτι κἂν τὴν ἑξῆς ἔχῃ ἀπὸ συμφώνου ἀρχομένην, λήγῃ δὲ ἡ πρώτη εἰς φωνῆεν, κοινὴν ποιεῖ συλλαβήν*, „cum Hephaestio p. 9, 14 aut unam aut nullam sequi litteram consonantem pronuntiavisset, ut nihil prorsus novi in additamento legeretur", ab Hephaestionis enchiridio abhorrere concedere non possumus; nam scholiasta hunc tertium canonem, quem Hephaestio scite in unum comprehenderat, bipartitum affert: primum (v. 8—10), si ultimam brevem vocis syllabam (in consonam aut vocalem desinentem) vocalis, deinde (v. 21—23), si ultimam brevem vocis syllabam (in vocalem desinentem) consona sequatur. — Inde a p. 115, 25 sequuntur *οἱ δέκα τρόποι οἱ τὴν βραχεῖαν εἰς μακρὰν ἀναφέροντες* (p. 114, 17), ultima autem sex genera omissa sunt. Neque apud Draconem, qui falso dicitur, p. 5, 11—9, 7 (Herm.) amplius hi quattuor canones inveniuntur. Sequuntur in Tu et apud Gaisfordium (in edit. Florent. haec sub finem capitis decimi *περὶ τοῦ ἀναπαιστικοῦ* leguntur) ea quae apud Westph. inter Longini prolegomena exstant p. 93, 1—94, 6; de quo vid. Hoerschelm. Mus. Rhen. XXXVI, 269, 270. — p. 93. schol. 17 et 18 ex commentario cod. Saib. (*Σ*) desumpta sunt; codicis autem Saib. et scholiorum B lectionum varietatis rationem non habuit editor: schol. B 93, 1 *τὸν χρόνον*, 5 *τόνδε*, 7 et 10 *ἡμίσεως*, 10 *ἡμίσεως δὲ χρόνου τοῦ σ.* 11 *ἥμισυν χρόνον.* schol. 18 (*Σ*, nam Westphalius cod. Saibantiani versionem expressisse se indicat, tamen schol. B sequitur) v. 12 *ἰστέον δὲ*, 16 *περισπωμένη μέση*.

p. 116, 12 potius cum Dracone scribendum est *ἐπὶ τῷ ο* (schol. Dion. p. 830, 28 seq. *ἐπὶ*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

τοῦ). — v. 13 ἀντὶ τροπῆς παρείληπται, quod apud Draconem quoque p. 6, 25 invenitur, sine dubio ex compendio male soluto ortum est, cum in schol. Dion. l. c. vera forma legatur ἀντὶ τροχαίου.

p. 117, 9 scholiasta dicit syllabam brevem vi aut antecedentis aut sequentis syllabae circumflexo ornatae longam effici posse; in iis quae sequuntur v. 11 τῆς γὰρ περισπωμένης ἐκ δύο τότε (τόνων) συγκειμένης, καὶ ἐπιζητούσης τὴν συλλαβὴν δύο χρόνους ἔχουσι φύσει, οὐ θέσει Westphalium vocem τόνων (12), quam Gaisf. pro τότε substituendum esse conjecit (schol. Dion. 832, 1), male addidisse Caesar jure monuit. Neque enim illud τότε, quin ex compendio male soluto ortum sit, dubitari potest. — v. 13 Caesar, cum recte conjiciat ἔχουσαν pro ἔχουσι, male v. 12 ἐπιζητούσης mutare vult in ἐπιζητοῦσι novum subjectum durius inducendo; nam verbo finito opus non est, quia per genitivum absolutum causa additur. — Nec prosperius Caesari emendatoris negotium cessisse videtur in eis quae sequuntur οἱ γὰρ τόνοι ὡς φύσει ὄντες καὶ τὰς φύσει μακρὰς ἴσασι, καὶ οὐχὶ τὰς διὰ συμφώνου θέσει μακρὰς γινομένας, τῆς βραχείας χρόνον ἐχούσης, καὶ μὴ δυναμένης ὑποδέξασθαι τῶν δύο χρόνων τὴν τονικὴν δύναμιν, scribendo v. 16 ἐχούσας καὶ δυναμένας, quibus in verbis, si ita conformarentur, prorsus contrarius, quam qui desideratur, sensus inesset. Immo alio mendo laborant: verba καὶ οὐχὶ τὰς διὰ συμφώνου κτλ. cum voce ἴσασι, quae injuria a Caesare addubitatur, conjungi non possunt, sed post vocem οὐχὶ verbum quoddam quale ἐπιζητοῦσι (v. 12) intercidit; deinde v. 15 scribendum: διὰ συμφώνων, v. 16 ἕνα (quod facile intercidere potuit) post βραχείας inserendum. Legamus igitur: καὶ οὐχὶ ἐπιζητοῦσι τὰς διὰ συμφώνων θέσει μακρὰς γινομένας, τῆς βραχείας ἕνα χρόνον ἐχούσης καὶ κτλ., ita ut sensus evadat: Hi duo accentus (i. e. circumflexus) noverunt syllabas natura longas neque quaerunt positione longas, cum brevis syllaba unam moram habeat neque duarum morarum accentum (circumflexum) accipere possit. His enim ultimis verbis 16 τῆς βραχείας κτλ. fusius explicatur, id quod supra dictum est v. 10: οὐ γὰρ τίθεται ἐπάνω βραχείας.

p. 118, 16 Legendum potius est ὅτι τὸ μ ἐπιφ. propter p. 113, 15.

Ceterum quam caducas regulas grammatici his decem canonibus statuerint, ex eo ipso sequitur, quod schol. B p. 118, 3 et 13 sub quarto canone duo exempla affert, quorum alterum (ἕως ὁ ταῦθ') schol Σ p. 112, 25 sub tertio, alterum (ἔλπομαι ἐ. ἵνα) sub quarto 113, 10 exhibet.

In ipsius Hephaestionis capite altero p. 10 περὶ συνεκφωνήσεως quinque rationes synizeseos enumerantur, prima, si duae longae in unam longam comprehendantur, v. 15 ἢ οὐχ ἅλις — ⏑⏑, sive v. 17 πεὶ οὔτε κα — ⏑⏑; altera, si brevis et longa in unam longam, v. 21 πλέων ἐπὶ — ⏑⏑; tertia, si duae breves in unam longam, p. 11, 1 νέα μέν — —; quarta si duae breves in unam brevem p. 11, 5 -ην Πηλιάδα — — ⏑⏑; quinta, si brevis et communis in unam brevem contrahantur p. 12, 1 δενδρέῳ ἐ- — ⏑⏑, χρυσέῳ ἀ- — ⏑⏑; conf. Draco p. 146, 5—23. Westph. totum hunc locum p. 10, 12—11, 1 ita dedit, ut in Tu et M legitur, recepto rationis alterius exemplo Hom. Ψ 2, ἐπειδὴ δ' εἰς νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο (nam καὶ teste Gaisf. Tu M habent) quod a ceteris libris abest; cf. quod Darmst. praebet. Quem versum, cum apud Homerum et in M (quod W. indicare omisit) ita legatur: ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἵκοντο, Hephaestionem, si quidem ejus esse credis, ut canon intellegatur, ita scripsisse patet: ἐπειδὴ δ' εἰς νέας τε κ. Ἑ. ἵκ. Gaisfordius autem et Barhamius ceteros libros secuti hunc versum jure omiserunt. (Ceterum nota critica apud Westph. p. 10 sub f. „22—p. 11, 1 om. C P[a] teste Gaisf. falsa est, qualia monere etiamsi cui parvum videtur, tamen aegre ferendum est, quod talia, praesertim pluribus locis, notanda exstant.)

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 11, 6 pro *ὥςπερ*, quod hoc loco aegre fertur, Hephaestionem *ὥστε* scripsisse veri simile est, cf. p. 6, 1 *ἐν δὲ τοῖς ἔπεσι σπανιώτερον, ὥστε τὸ τοῦ Ἀρχελάου ὄνομα Σοφοκλῆς ἐν ταῖς ἐλεγείαις οὐκ ᾤετο ἐγχωρεῖν.*

In scholiis A hujus capitis p. 119, 2 Westphalius falso, me judice, inseruit verba *τὴν οι συλλαβὴν*; nam sensus hujus enuntiati is est: si synizesi non adhibita syllabam communem accipis (scil. *θε-*), obloquuntur ea, quae in priore capite de syllaba communi dicta sunt (*φαμὲν γὰρ κόσμον εἶναι κτλ.*). Negat igitur grammaticus syllabam *θε* pro communi usurpari posse, ita ut spondens oriatur *μὲν θε-*, quia *τῇ οι συλλαβῇ τὸ δοῦ ἐπιφερόμενον σκάζειν ποιεῖ τὸν στίχον*, versum igitur claudicare dicit, si duo spondei accipiantur *μὲν θε|οὶ δοῦ*, synizesi non adhibita. Quapropter si quid inserendum ei videbatur, quod necessarium esse nego, certe inserere debuit: *τὴν θε συλλαβήν.* — v. 21 e codice Saib. adduntur: *καὶ τὸν τρόπον τοῦτον προσλαμβάνει ὡς συμβαλλόμενον αὐτῷ εἰς τὸν περὶ τῶν ποδῶν λόγον· ἰστέον δὲ ὅτι πάνυ πολλὴ βοήθεια ἐπενοήθη τῷ μέτρῳ παρὰ τοῖς παλαιοῖς*; in quibus cum eadem fere saniora p. 120, 19 in Cod. M exstent, corrigendum esse patet: v. 22 *προλαμβάνει*, v. 24 *παρὰ τῶν παλαιᾶν.* Neque verba v. 22 *ὡς συμβαλλόμενον αὐτῷ εἰς τὸν περὶ τῶν ποδῶν λόγον*, quae utroque loco exstant, sana esse possunt. Cum igitur interpres dicat Hephaestionem doctrinam de synecphonesi praemittere, ut pedum disputationem, quae statim sequitur, adjuvet, haec verba ex eodem corrupto fonte orta ita mutanda esse suspicor, ut scribamus *συμβαλλόμενος* (*συμβάλλεσθαι εἴς τι* conferre in aliquid, adjuvare) v. 26 grammaticus docet synaloepham fieri septem rationibus: I elisione *μετ' ἐμοῦ*, II crasi *ταὐτὰ*, III synaeresi *Νηρῇδες*, IV elisione et crasi *κἀγὼ*, (p. 120, 3 *καὶ* ante *ἐγὼ* inserendum est) V elisione et synaeresi (quo loco p. 120, 4, cum Westph. recte quidem *οἱ* inserendum esse animadvertisset, jota subscriptum omissum est, nam ex *οἱ-αἱ* fit *ὁ-(ἰ)-αι*, *ᾳ*, cf. Draco p. 158, 15 et ea quae ex codice Darmst. delibavi p. 13) VI crasi[1]) et synaeresi, quibus verba *ἐμοὶ ὑποδύνει* (v. 5) in *ἐμ' ὑποδύνει* comprehendi falso docet grammaticus. Quod cum per elisionem non per crasin et synaeresin fieri appareat, scribendum est: *ἐμοὐποδύνει*. cf. Draco p. 158, 20 *τὸ οἰκίδιον — τῳκίδιον*; cod. Darmst. p. 13 *ὁ αἰπόλος ᾠπόλος*. VII elisione crasi synaeresi *τῳκήματι.* — v. 10 verba *καὶ μία μὲν αὕτη διαφορά*, nisi inepte dicta esse censes, ad sequentia *κλοπὴ γάρ ἐστι κτλ.*, non ad antecedentia spectant, qua de causa debiliore interpunctione separanda erant. — v. 12 W. lectionem codicis M *ἔτι* recepit, cum Gaisf. *ὅτι* ex Saib. et Tu retineret, quod primo quidem obtutu ferri non posse videtur. In libris autem manuscriptis, id quod in Darmst. animadvertere licebat, *ὅτι*, a quo enuntiata incipiunt, pro *ἰστέον ὅτι* usurpari satis notum est, quod hoc quoque loco restituendum esse existimo. (p. 120, 19 Quod W. falso adversum 21 adnotat *ἰστέον οὖν κτλ.* Gaisfordius ad v. 19 referri voluit.)

p. 120, 26 *Ἰλιάδα ἔγραψε Σωτάδης, μεταθεὶς τὰ τοῦ ποιητοῦ εἰς ἴδιον μέτρον.* Sotades[2]) igitur Homeri Iliadem, verbis fere servatis, metro tantummodo mutato, in ridiculum convertisse censendus est, quod ex hoc maxime versu apparet p. 11, 5:

— — ∪∪|— — ∪ ∪ | — ∪ — ∪ | — ∪

Σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον.

metrum est jonicum a maj. cum anaclasi. Idem versus apud Homerum legitur χ 133:

Σείων Πηλιάδα μελίην κατὰ δεξιὸν ὦμον.

[1]) De crasi conf. docta Ahrensii disputatio Stolbergae 1845, quam Gaisfordius alteri edit. Hephaestionis volumini imprimendam curavit, p. 240.

[2]) De Sotade cf. Ernestus Sommerbrodt, de phlyacographis Graecis, Vratisl. 1875 p. 11—25, ubi p. 43—56 etiam de Rhinthone, quem supra commemoravimus, disputatur. Qui vir d. Rhinthonis reliquorumque phlyacorum carminum reliquias collectas se habere promuntiat, sed, quod sciam, in lucem adhuc non edidit. Sotadis tantum fragmentorum collectionem habemus in G. Hermanni elem. doctr. metric. p. 444 seq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

p. 121, 3 discrimen non praetermittendum est inter Hephaestionis verba p. 11, 13 *ὡς παρὰ Κορίννῃ ἐν τῷ πέμπτῳ* et schol. Saib. *τίνες δέ φασιν ἐν βα (δευτέρᾳ), κρείττων δὲ ἐν πέμπτῃ*, an supplendum sit *ὠδῇ*? cf. Gaisf. ed. Lips. p. 24. — v. 7 vox *διαίρεσις*, quae hoc capite non agitur, ex errore orta corrigenda videtur in *συναίρεσις* cf. W. p. 119, 16; 120, 1. — v. 12 verba *καὶ πάλιν ἑτέρωθι* . . . . . 15 *κοινὰς*, quae W. e cod. M. et S. addidit, huc non pertinent, quia, cum scholiasta iis quae antecedunt v. 8 *βραχεῖαν δὲ καὶ κοινὴν* . . . . . *ποιητοῦ* brevem et communem syllabam in longam contrahi ostendere velit, hunc versum Hesiodeum, quem W. e saniore codicis S. lectione *δενδρίου νηλέϊ καπνῷ* (melius est quod Darmst. praebet *κεδρίου νηλέϊ καπνῷ*) reddere debuit, et iambicam et dactylicam mensuram admittere demonstratur, vera utique lectione adhibita, quam Gaisf. e scholio Victor. ad Il *ψ* 640 et Tzetza in Crameri Anecdot. III p. 318 protulerat: *ἐπιτέτευκται ὁ στίχος ταῖς κοιναῖς, ὥστε, ἢν θέλωμεν, καὶ ἴαμβος ἔσται·*

⏓ — ⏑ —|⏓ — ⏑ —|⏓ — ⏑ —
Σμύρνης ἀκράτου καὶ κέδρου νηλέϊ κάπνῳ,

De versu Il. *ψ* 644

⏓ — ⏑ —|⏓ ⏑ ⏑ ⏑ —|⏓ — ⏑ —
ἔργων τοιούτων ἐμὲ δὲ χρὴ γήραϊ λυγρῷ

eodem modo comparato scholia Veneta haec habent: *ὁ στίχος οὗτος καὶ ἑξάμετρος γίνεται καὶ τρίμετρος παρὰ τὴν ἀγωγὴν τῆς προφορᾶς* (scil. propter syllabas communes *τοι*, *δὲ*, *λυ*).

In scholiis B alterius capitis, cum Hephaestio quinque tantum enumerasset, septem rationes synizeseos afferuntur; septima igitur ratione scholiasta p. 122, 28 dicit longam et brevem in unam brevem comprehendi, falso adjecto eodem exemplo *δενδρέῳ ἐφέζομενοι*, quod ad quintam rationem, ubi brevis et longa (Heph. p. 11, 24 communis) in unam brevem contrahuntur, attulerat; putat enim ultimam vocis *δενδρέῳ* syllabam *ῳ* et sequentis vocis *ἐφεζόμενοι* syllabam *ε* in unam brevem comprehendi posse *δενδρέῳ ε-*, cum dicat: *δύναται γὰρ οὕτω γενέσθαι συνίζησις τοῦ ω καὶ ε εἰς μίαν βραχεῖαν*, quod propter sequentem consonam fieri non posse patet, cum non dactylus, ut in quinta ratione, sed creticus efficeretur. — In iis quae sequuntur *ἐν τούτῳ δέ τινες τὸ ω κοινὴν συλλαβὴν ποιοῦσι πρότερον, ἵνα δύο βραχείας εἰς μίαν μακρὰν συναιρήσωσι*, pro *εἰς μίαν μακρὰν* scribi oportet *εἰς μίαν βραχεῖαν*, cum schol. hanc sententiam exprimat: nonnulli syllabam *ω* non longam sed communem potius (i. e. brevem) habent, ita ut duae breves *ω* et *ε* sequentis vocis in unam brevem contrahantur, quod utique ne ipsum quidem fieri potest.

p. 123, 8 Gaisf. in ed. Oxon. habet *συνεκφωνεῖ* non *συνεκφωνεῖται* quod W. indicat. — v. 21 scribi oportere *βραχειῶν* pro *βραχέων* vix opus est ut commoneatur.

In ipsius Hephaestionis capite tertio, quod inscribitur *περὶ ποδῶν* nihil offensionis inest, nisi quod p. 13, 1 *παλιμβάκχειος* scribendum est (cf. cod. Darmst. p. 6).

In scholiis A hujus capitis p. 124, 4 hanc pedis definitionem invenimus *πούς ἐστι μετρικὴ συλλαβῶν θέσις ἀπὸ δύο ἕως ἕξ, ἐξ ὧν γνωρίζομεν τὸ τοῦ μέτρου εἶδός τε καὶ μέγεθος*. Eandem legimus in scholiis B hujus capitis p. 127, 2 paullo mutatam: *πούς ἐστι μετρικὴ συλλαβῶν σχέσις ἀπὸ δύο ἕως τεσσάρων ἢ πέντε, ἐν αἷς γνωρίζομεν κτλ.* Apud Hephaestionem quidem p. 13 pedes ultra quattuor syllabas habentes non invenimus; quinque autem syllabarum pedem, solutione longae in duas breves, effici posse schol B p. 128, 29 docet *καὶ εἴ που εὑρεθῇ πεντασύλλαβος πούς*,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

λυομένης, φασί, τῆς ἔν τινι τετρασυλλάβῳ ποδὶ μιᾶς μακρᾶς εἰς δύο βραχείας, γίνεσθαι τοῦτον, atque exemplum habemus p. 5, 21 in versu Sotadeo

τίνα τῶν παλαι|ῶν ἱστορι|ῶν θέ|λετ' ἐσα|κοῦσαι,

ubi primi pedis jonici longa syllaba in duas breves soluta est: τίνα τῶν παλαι- (– ◡◡). Quapropter in scholii A definitione v. 4 pro ἓξ, quod ex sequ. ἑξ ortum videtur, scribendum esse ἑ (πέντε) non dubito.

p. 125, 4 seq. De epiploca disputatur. Etenim veteres grammatici omnia metra per prosthesin et aphaeresin orta esse docent atque tres epiplocas distinguunt: I. ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ ἑξάσημος II. ἐπιπλοκὴ δυαδικὴ τετράσημος III. ἐπιπλοκὴ τετραδικὴ ἑξάσημος. Et primae quidem epiplocae est metrum *iambico-trochaicum*, quod δυαδικὴ nominatur, quia *duo* metri genera, iambicum et trochaicum complectitur, ἑξάσημος autem, quia per dipodiam numeratum *sex* moras habet. Alterius epiplocae metrum *dactylico-anapaesticum* complectitur et ipsum *duo* metra, dactylicum et anapaesticum (nam amphibrachicum metrum, quod ipsum quoque per aphaeresin oreretur, non exstat); τετράσημος autem dicitur, qui *singulis pedibus* numeratnm *quattuor* moras habet. cf. p. 138, 3—10. Tertia epiploca quattuor metra complectitur: ionicum a majore, ionicum a minore, choriambicum, antispasticum.

p. 125, 11 W. optativum εὑρεθείη ex Tu injuria recepit, cum S M Da praebeant εὑρεθῇ (item p. 128, 29), quem usum Byzantinis relinquendum esse patet. — Ceterum metra proceleusmatica, quorum hic mentio fit, schol B p. 131, 23 exhibet:

◡◡ ◡◡| ◡◡◡◡|◡◡ ◡◡ |◡◡ –

ἴθι μόλε ταχύποδος ἐπὶ δέμας ἐλάφου

πτεροφόρα χερὸς (ἄπο) καθιέμενα (βέλη)

Scholia B tertii capitis rursus a pedis definitionibus incipiunt, quibus grammatici Byzantini plurimam operam dederunt, nam in scholiis sex reperimus: 124, 2 ποὺς τοίνυν ἐστὶ σύνθεσις συλλαβῶν ἄρσιν καὶ (libb. ἢ) θέσιν περιέχουσα. 124, 4 πούς ἐστι μετρικὴ συλλαβῶν θέσις ἀπὸ δύο ἕως πέντε (libri ἓξ vid. supra). 124, 15 πούς ἐστι ποιῶν καὶ (libb. ἢ) ποσῶν σύνθεσις συλλαβῶν πρὸς εὐπρεπείαν. 126, 23 πούς ἐστι ποιῶν καὶ ποσῶν συλλαβῶν σύνθεσις εἰς εὐπρεπὲς σχῆμα. 125, 1 πούς ἐστι τάξις συλλαβῶν ἄρσιν καὶ (libb. ἢ) θέσιν περιέχουσα. 127, 2 πούς ἐστι μετρικὴ συλλαβῶν σχέσις ἀπὸ δύο ἕως τεσσάρων ἢ πέντε, ἐν αἷς γνωρίζομεν τὸ τοῦ μέτρου εἶδός τε καὶ μέγεθος. Similiter apud Draconem p. 127, 8: πούς ἐστι μετρικῶν σύστημα συλλαβῶν, ἐν αἷς γνωρ. κτλ.

p. 127, 8 Quod E. Hillerus, Annal. Lips. v. 115 (1877) p. 792 conjecit τοὺς τέσσαρας δισυλλάβους jam Caesar l. c. p. XIV scribendum proposuerat.

p. 129, 5 schol. dicit, quomodo quattuor disyllabi pedes prosthesi et brevis et longae syllabae octo trisyllabos efficiant, ita sedecim tetrasyllabos pedes easdem duas syllabas (brevem et longam) accipientes triginta duos pentasyllabos efficere. Quapropter grammaticum v. 9 non τὰς τοιαύτας, sed τὰς αὐτὰς scripsisse veri simile est. — v. 10 Westphalius minus recte ex Dracone p. 131, 28, ubi hoc ex conjectura additum est, inseruit οἱ παλαιοί, cum subjectum totius loci sit οἱ μετρικοί p. 128, 28. — Ceterum verba οἷς ὀνόματα μὲν οὐκ ἔθεντο ἰδίως ἑκάστοις κτλ. conferas cum Draconis p. 132, 28: εὑρήσεις δὲ τῶν εἴκοσι τισσάρων καὶ ἑκατὸν τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς διαιρέσεις αὐτῶν ἐπιμελῶς γεγραμμένα ἐν τοῖς διαγράμμασι τοῦ Φιλοξένου, de quo cf. Westphal. Metrik. I² 227 seq. — Minoris momenti est, quod editores v. 24 Pauwium secuti addiderunt προσιθέντες, cum grammaticus antea tribus locis, v. 2, 7, 9 dixisset προσλαμβάνοντες. Etiam p. 130, 1 et 10 non liquet cur W. deteriorem formam πολυπλασιάζοντες et πολυπλασιαζόμενον ex ed. Fl.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

receperit, vera neglecta πολλαπλασιάζω (Tu et Drac. p. 132) quam Hoerschelmannum recepisse video.

p. 130, 6 scribendum videtur auct. Drac.[1]) τοὺς πεντασυλλάβους λβ' ποιοῦσι, omissis verbis εἰσὶν οἱ πεντασύλλαβοι, quae propter p. 129, 9 molestum additamentum sapiunt.

p. 131, 3 ad verba ἢ ἀριθμῶν, quae Pauwius injuria delet, cf. p. 124, 28.

p. 134, 28 ditrochaeum creticum quoque appellari demonstratur, cui schol. Saib. (Gaisf. p. 173 i) Διτρόχαιος ἢ ἀντιπαράλληλος, ὁ καὶ κρητικὸς κατ' Ἀριστόξενον ἢ διχόρειος addit.

p. 135, 6 scholiasta docet jonicum a majore Persicum quoque dici, quia res Persicae hoc metro descriptae essent, idemque (Gaisford. p. 173 k) haec addit: ὡς παρ' Αἰσχύλῳ καὶ ἄλλοις τισίν. In iis autem Aeschyli tragoediis, quae nobis supersunt, metrum ionicum *a maiore* non invenitur. Ionicis *a minore* autem primum Persarum canticum 65—110 compositum est; quod si in animo habuit, errasse censendus est scholiasta.

p. 136, 25 Sequitur apud Wesphalium doctrina de epiploca accuratius descripta, quam in scholiis A p. 125 seq. Praetermittendum autem non est, quod, cum in scholiis A p. 125, 3 prima epiploca ἑξάσημος appelletur, hoc loco v. 29 et p. 137, 9 τρίσημος vocatur, ὡς τῶν ποδῶν τριχρόνων ὄντων. Item apud Draconem p. 125, 10 εἴδη δὲ ἐπιπλοκῆς τρία, δυαδικὸν τρίσημον, ὡς τὸ τροχαικὸν καὶ ἰαμβικόν· δυαδικὸν τετράσημον, ὡς τὸ δακτυλικὸν καὶ τὸ ἀναπαιστικόν, τετραδικὸν ἑξάσημον, ὡς τὸ ἀντισπαστικὸν καὶ χοριαμβικόν; qui et ipse duo metra jonica omittit. Conf. contra schol. cap. VI p. 155, 10 ἄμφω γὰρ μιᾶς ἐπιπλοκῆς εἰσι, τῆς καλουμένης τρισήμου ἢ ἑξασήμου δυαδικῆς et v. 23 καλεῖται δὲ ἡ ἐπιπλοκὴ αὐτῶν τρίσημος ἢ ἑξάσημος, ὅτι, εἰ μὲν κατὰ μονοποδίαν βαίνεται, ταῦτα τὰ μέτρα τρεῖς χρόνους ἔχει, εἰ δὲ κατὰ διποδίαν, ἕξ.

p. 137, 16 Westphalius ea tantum quae a v. 16 ἐὰν μὲν γὰρ κτλ. incipiunt, ut intolerabilia, uncinis includere debuit, cum ea quae antecedunt, sana sint. — v. 23 pro ἀπὸ τοῦ τριμέτρου τρίμετρον, ἀπὸ ἀκαταλήκτου καταληκτικὸν Pauwium secuti legamus simpliciter ἀπὸ τοῦ τριμέτρου ἀκαταλήκτου καταληκτικόν.

p. 138, 4 seq. verba ita conformanda sunt: καὶ διὰ τοῦτο καλεῖται δυαδικὴ· τετράσημος δέ, ὅτι κτλ. conf. p. 137, 9 seq.

p. 139, 9 et 10 non debuerunt editores pravas formas ὑπερκαταληκτικὸν ex compendio male soluto ortas, pro ὑπερκατάληκτον (142, 6; 9 cet.) recipere.

p. 140, 10 post τὸ ἰωνικὸν addi oportet ἀπὸ μείζονος. — Ceterum non liquet cur Westphalius haud pauca scholia, quae ad hoc caput in editionis Gaisfordianae adnotationibus ex cod. Saib. descripta exstant (p. 167 de pyrrhichio, p. 169 ad vocem ἰὸν βάζειν de trochaeo, p. 170 de spondeo, de choreo, de molosso, p. 171 de dactylo, p. 173 de ditrochaeo) tacite omiserit.

Ad Hephaestionis caput quartum, quod inscribitur περὶ ἀποθέσεως μέτρων quaedam adnotanda sunt.

p. 15, 6 Causa non erat, cur W. falsam librorum formam δακτυλικοῦ verae δακτύλου (Tu) praetulerit, aut non cum C. et Gaisf. omiserit. — v. 21 Mirum est, quod versus ἄθ' Ἄρτεμις ὦ Κόραι, qui p. 35, 22 inter exempla jonici metri reperitur (— — ∪∪|— ∪ —) hoc loco pro anapaestico

[1]) Liceat hac occasione data simul menda quaedam apud Draconem, qui hoc loco cum schol. B hujus capitis fere concinit, monere: p. 130, (W.) 8 τὴν ἐν δισυλλάβων συντεθεῖσαν, omissis καὶ τρισυλλάβων. v. 18 ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα (omissis ἕξ) ἔσονται οἱ πάντες. v. 12 ἐπὶ et δισυλλάβους om.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exhibetur; Gaisfordius quidem ob eam causam hic (v. 21) Hephaestioni „aliquid humani contigisse“ arbitratur. Accedit, quod in hoc capite usque ad p. 16, 1 (ibi in codice Darmst. supra scriptum legitur: *ἄλλο κεφάλειον*) nusquam poetarum nomina commemorantur, id quod apud Hephaestionem ubique fieri solet. Offendunt praeter alia leviora ut p. 14, 18 *οἷον, ὡς ἐπὶ δακτυλικοῦ*, 21 *οἷον ἐπὶ μὲν ἰαμβικοῦ*, 15, 2 *οἷον ἐπὶ δακτυλικοῦ*, 10 *οἷον ἐπὶ ἰαμβικοῦ* etc., qualia aliis locis apud Hephaestionem non invenies, imprimis verba v. 24 *καλοῦνται δὲ ταῦτα πάντα ἀποθέσεις* ineptissime addita. Ob hasce causas priorem hujus capitis partem, usque ad p. 15, 24 non Hephaestionis sed alius cujusdam grammatici esse non dubitaverim. Ad p. 16, 20 et 21 non praetermittendum est scholium Darmst.

In scholiis A capitis quarti pauca monenda restant. p. 142 editor lectionum varietatem non integram attulit: v. 6 Tu S *εἰς συλλαβὴν ἤγουν πρὸς τῷ τελείῳ καὶ μέρος ἔλαβε πρὸς μονοσύλλαβον* (M *δισυλλ.*) 8 *θυγα* 12 *τε* om., p. 142, 26 temere hoc quoque loco *εἰ* in *ἐὰν* mutavit.

p. 144, 1 Menandri versus, cum, quid sibi velit sic conformatus, vix quisquam dicere possit fortasse secundum exempla ab Hephaestione p. 16 et in scholiis p. 144, 10 allata ita dividendus est:

⏑ — ∪ —
. . . . . *λεπτὸν μεθ' ἑτέρας ἱστὸν ὑφ'-*
αίνει . . . . . .

ita ut in voce *ὑφαίνει* duobus versibus distributa exemplum conspiciatur.

In scholiis B p. 144, 16 *δακτυλικὸν τρίμετρον* pro *δάκτυλον*, 145, 5 *εἰς ἕνα πόδα ὁλόκληρον* pro *ὁλόκληρος* scribendum est.

Liceat hoc capitum ordine relicto de locis quibusdam nonnulla adicere, nam de aliis et enchiridii Hephaestionei et scholiorum locis disserendi, cum publicis hisce chartis et aerario parcendum sit, aliam occasionem fore spero.

p. 27, 15 ubi Heph. ostendit Cratinum in tetrametro anapaestico catalectico et anapaestum et spondeum in paenultima sede adhibuisse, duobus versibus allatis, quorum in priore (12) anapaestus, in altero (16) spondeus invenitur, pro *κεχρημένον* scribendum est *κεχρημένος*.

p. 179 in versibus Callimachi 1 et 3 librorum lectionum *τῶνδ'* et *οἱ Σικ.* retinuit W., cum p. 29, 20 Bentlei conjecturam *δίχα τῶδ'* et v. 24 Hermanni *ἀ Σικελὰ* recepisset.

p. 206. Tria scholia Nr. 22, 23, 24, quae in libris et apud Gaisf. (p. 95) uno ordine conscripta ad unum lemma *ἀντεστραμμένον* (p. 51, 19) apposita sunt, Westph. jure tripertito suo loco collocavit. In primo enim scholio, cujus lemma est *ἀντεστραμμένον*, de duobus versibus disseritur: de encomiologico p. 51, 15 et de iambelego p. 51, 19. Alterum scholium (Nr. 23), quod lemmate caret, quia, ut dixi, cum antecedente continuo cohaeret, Westphalius recte ad versum Pindaricum p. 52, 9 rettulit:

⏑ — ∪ — ⏓ | — ∪ ∪ — ∪ ∪ — | ⏑ — ∪ — ⏓
ὃς καὶ τυπεὶς ἀγνῷ πελέκει τέκετο ξανθὰν Ἀθάναν.

In restituendo autem tanta coniciendi libertate usus est, ut eum ipsum scholium scribere maluisse, quam quod in libris est, emendare crederes. Dicit enim in adnot. crit. p. 206: „Hanc paragraphum, quae nec in libris nec apud Gaisfordium a praecedente sejuncta legitur, librorum ope restituimus insertis eis, quae uncinis inclusa sunt.“ Qua librorum ope usus sit, non elucet; nam librorum verba haec sunt: *Τὸ πρῶτον γάρ ἐστι ἐκ δύο ἰάμβων καὶ συλλαβῆς, τὸ δὲ δεύτερον ἐκ δύο δακτύλων καὶ συλλαβῆς μιᾶς, τὸ δὲ τρίτον δύο ἴαμβοι καὶ συλλαβή, ὡς*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

καὶ τύπος ἅπας, τέσσαρες ἴαμβοι καὶ δύο συλλαβαὶ καὶ τέσσαρες δάκτυλοι καὶ δύο συλλαβαί. [solus M addit: *καὶ πάλιν δύο δάκτυλοι καὶ συλλαβὴ* et post vocem *συλλαβαὶ* adnotat: *γρ. καὶ συλλαβή.*] Haec autem verba omnia sana sunt, excepto parvo errore, qui librorum ope facili opera tolli potest: ultima enim verba *τέσσαρες* (*δ'*) *δάκτυλοι καὶ δύο συλλαβαὶ* mendo laborant. Quomodo corrigenda sint, ex solo cod. M exquirere possumus, cujus verba uncinis addidi, et quae Gaisfordius prorsus neglexit, Westphalius non recto loco adhibuit. Verba autem ita corrigenda sunt: *δύο δάκτυλοι καὶ συλλαβή*, quae verba pro falsis *δ' δακτ. κ. συλλαβαί* sine dubio librarius codicis M. substitui volebat. Numeros autem *δύο* et *δ'* (*τέσσαρες*) in libris mss. saepe confundi notum est, ut p. 29, 6 *δίμετρον — τετράμετρον*; p. 127, 27 Fl. *δ' συλλαβᾶν* Tu *δισυλλαβῶν*, rel. *τεσσάρων δισυλλαβῶν*; p. 128, 30 *τετρασ. ποδ* et *τετρασ. διπ.* cet. Ejectis igitur omnibus, quae in libris non sunt, sententia haec est: Versus Pindarici prima pars ex duobus iambis et syllaba, altera ex duobus dactylis et syllaba, tertia ex duobus iambis et syllaba constat; tota igitur figura (*τύπος*): quattuor iambi et duae syllabae (scil. si duae exteriores partes comprehenduntur) *et duo dactyli et syllaba.*

Neque placent, quae editor p. 208, 9 seq. pro *καὶ* scripsit *ὁ ἀπὸ* et post *βραχειῶν* addidit: *ἀνάπαιστος· καὶ ἀντὶ τοῦ ἀπὸ μακρᾶς ἀρχομένου καὶ ἐξῆς βραχεῖαν καὶ μακρὰν ἔχοντος κρητικοῦ.* Scholiasta enim dicit: primam *ἀντιπάθειαν* eam esse, qua pedes bisyllabi cum contrariis bisyllabis componantur, ut:

⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — | — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
Δήμητρος ἀγνῆς καὶ κόρης | τὴν πανήγυριν σέβων,

vel si pedes trisyllabi *ἐξ ἀντιστροφῆς* componantur, ut, si pro dactylo usurpetur bacchius. Nam ad pedum trisyllaborum *ἀντιπάθειαν* efficiendam tantum modo oportet, ut in utroque colo diversus sit rhythmus.

p. 210, 13 grammaticus loquitur de versu Eupolidis p. 52, 22, choriambico epimicto:

— ⏑ ⏑ —| ⏓ — [⏑] — || — [⏑] — ⏑ — ⏑ —
ἄνδρες ἑταῖροι δεῦρ' ἤδη τὴν γνώμην προσίσχετε

ubi spondeus invenitur *παρὰ τάξιν* (contra legem) *λαμβανόμενος* in syllabis *ἤδη* et *τὴν γνώ*. Legendum igitur est: v. 15: *ἥ ἐστιν ἥδε „ἤδη“* et v. 16 *ἥ ἐστι „τὴν γνώ“*. Item p. 215, 20: *„καὶ μή τι μει-“*.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf